nisse quosdam ex Iberia, relicta venatione, laetabundus palatium petiit. quo tempore tabellarii advenerunt, die 28 Maii, eadem nocte per somnum visus mihi sum et ipse adesse Cpoli, quumque festinarem ad imperatorem, genua eius amplexurus, retineri ab eo et sublevari et osculo salutari. expergefactus, iis, qui circa me dormiebant, somnium narraui, atque dixi, ut diei meminissent. imperator autem, dominus meus, ubi non ipsum me, sed e comitibus aliquem adesse animadvertit, et priorem legit epistolam, moestus factus, segnitiam meam aegre tulit accusavitque. ubi autem alteram die sequenti legit meque venturum esse didicit, acquieuit et laetitiae se dedit, statimque rerum notitia instructum Manuelem Palaeologum, Cantacuzenae protostratorissae consobrinum, ad despotam Serviae ablegavit, ut is de coniugio, de quo scripseram, inquireret ac videret. parentes eius libenter et cupide conditionem acceperunt, et ad rem perficiendam parati erant. nulla enim alia res id coniugium impediabat, nisi quod ame-

ζωῆ αὐτῆς συζευχθεῖη, ἀλλὰ μένειν αὐτὴν ἐν σοφροσύνῃ παρθενεύουσαν καὶ κατὰ τὸ δυνατὸν θεραπεύειν θεῶ τῷ τὴν ἐλευθερίαν αὐτῆς χορηγήσαντι· δι' ἣν αἰτίαν τὸ συνοικέσιον τοῦτο οὐκ ἐγένετο.

5 Τῷ τοῦ αὐτοῦ ἔτους Ἀυγούστῳ μηνὶ διέβη ἀπὸ τῆς πόλεως ὡς φυγὰς ὁ πατριάρχης κὺρ Γρηγόριος, καὶ ἐγὼ τῇ ἰδ' τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς τοῦ 593 ἔτους εἰς Κωνσταντινούπολιν ἀπέσωσα μετὰ τῆς νηὸς τοῦ καλοῦ Ἀντωνίου Ρίτζου, τοῦ καὶ ὕστερον μαρτυρήσαντος ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν αὐτοῦ  
10 πίστεως.

2. Τελέσας οὖν ἐγὼ τὸ συνοικέσιον ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ, ἵνα 49  
λάβῃ ὁ αὐθέντης μου τὴν τοῦ ἐκεῖσε ῥηγὸς θυγατέρα, εἰδὼς ὅτι κρεῖττον ἦν τὸ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ τοῦ τῆς Τραπεζοῦντος. εἶπέ μοι γὰρ ὁ τῆς Ἰβηρίας προειρημένος ῥῆξ τοιαύδε “οὐκ ἔστι  
15 συνήθεια παρ’ ἡμῖν ἵνα διδῶσιν χρήματα αἱ γυναῖκες τοῖς ἀνδράσιν οὓς μέλλουσι λαβεῖν, ἀλλ’ οἱ ἄνδρες ταῖς γυναῖξιν.” ἐγὼ δὲ ἀποκριθεὶς αὐτῶν ἰλασμόν παρ’ αὐτοῦ λέγω “οὐκ ἤκουσα πώποτε τοιαύτην συνήθειαν καὶ νόμον ὡς ἡ βασιλεία σου προστάττεις.” ὁ δὲ βασιλεὺς γελάσας, τάχα θαυμάζων  
20 τοὺς λόγους μου, εἶπεν “οὐκ οἶδας, τιμιώτατε ἄνερ, τί φησιν ὁ μέγας Καισάριος; διαφόρων ἔθνῶν τρόπον τε καὶ νόμον ἐξηγούμενος ἐν ἐπιτομῇ τοιαύδε φάσκει. ἐν ἐκάστη γὰρ χώρα καὶ ἔθνεσιν ἐν τοῖς μὲν ἐγγράφως νόμος ἐστίν, ἐν τοῖς δὲ

8. ῥιζίου P  
τοῖς P

17. εἶπον P

22. διηγούμενος P

23. ἔθνει

rissa, vivo etiam tum amera coniuge, ad deum precata constituerat, si deus quo tandem cunque modo liberasset se e manibus impiorum, alii nemini per totam vitam nubere, sed in castitate virginali, quod restaret vitae, transigere et pro viribus deo, liberatori suo, servire.

Eiusdem anni mense Augusto ex urbe profugus abiit Gregorius patriarcha, atque ego die 14 mensis Septembris anni 696o Cpolim reverti in navi viri optimi Antonii Ritzi, eiusdem, qui postea propter fidem Christi martyrium pertulit.

2. Confeci igitur coniugium in Iberia, ut dominus meus illius regis filiam duceret. noveram enim, connubium Ibericum praestare Trapezuntio. namque ita mihi dixerat Iberorum rex: “nobis moris non est, ut dotem dent feminae viris, quibus nupturae sunt, sed viri feminis.” ego, praefatus veniam, nunquam me de isto more aut lege, qualem maiestas ipsius diceret, audisse respondi. tum rex subridens et quasi mirans verba mea “scisne,” inquit, “vir honoratissime, quid magnus dicat Caesarius? diversarum gentium mores et instituta explicans, in breve contracta haec docet. cuius ter-

ἀγράφως καὶ συνήθεια· νόμος γὰρ τὰ πάτρια δοκεῖ εἶναι.  
 ὡς πρῶτον Σῆρες οἱ τὸ ἄκρον τῆς γῆς οἰκοῦντες νόμους ἔχουσι  
 τὰ πάτρια ἔθνη, μὴ πορνεύειν ἢ κλέπτειν ἢ λοιδορεῖν ἢ φο-  
 νεύειν. νόμος δὲ παρὰ Βακτριανοῖς ἢ ἐκ προγόνων παιδεία  
 καὶ εὐσέβεια, μὴ κρεωφαγεῖν ἢ οἰνοποιεῖν ἢ λαγνεύειν ἢ παν- 5  
 τοῖα κακὰ διαπραττεσθαι, καίτοι γε τῶν παρακειμένων αὐ-  
 τοῖς Ἰνδῶν τάναντία διαπρατιομένων ἀδεῶς. ἐν δὲ τοῖς ἐν-  
 δοτέροις μέρεισι τούτων ἀνθρωποφάγοι εἰσὶ καὶ τοὺς ἐπιξενω-  
 μένους ἀναιροῦντες ἐσθίουσι. νόμος Χαλδαίοις καὶ Βαβυλω-  
 νίοις ἀσελγείας καὶ αἰσχροουργίας ἀνάμεστος. ἄλλος δὲ παρὰ 10  
 Πηλαίοις νόμος, γυναῖκας γεωργεῖν καὶ οἰκοδομεῖν καὶ τὰ τῶν  
 ἀνδρῶν πράττειν, ἀλλὰ καὶ πορνεύειν ὡς βούλονται, μὴ κω-  
 λυόμεναι ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν παντελῶς· ἐν αἷς ὑπάρ-  
 χουσι καὶ πλεῖσται πολεμικώταται καὶ θηρῶσαι τὰ μὴ λίαν  
 ἰσχυρότατα τῶν θηρίων. ἐν Βρεταννίᾳ δὲ πλεῖστοι τῶν ἀν- 15  
 δρῶν μιᾷ συγκαθεύδουσι γυναίκε, καὶ πολλαὶ γυναῖκες ἐνὶ  
 ἑταιριζονται ἀνδρὶ. αἱ Ἀμαζῶναι μὲν ποτε καιρῷ ἄνδρας  
 οὐκ εἶχασιν, ἀλλ' ὡς τὰ ἄλογα ζῶα ἅπασι τοῦ ἐπιαντοῦ περὶ  
 τὴν ἑαρινὴν ἰσημερίαν ὑπερόριοι γίνονται, καὶ μινύμεναι  
 τοῖς χειμῶσιν ἀνδράσιν ὡς πανήγυριν τινα καὶ μεγάλην ἑορ- 20  
 τὴν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἡγοῦνται· ἐξ ὧν καὶ ἐν γαστρὶ συλ-

2. σύρες P τῆς om P 4. παρὰ om P 5. παντοία κακία M  
 9. χαλδαίων καὶ βαβυλωνίων P 11. πηλείοις P 14. μὴ om P  
 17. ἀμαζόνες P 18. εἶχον P τὰ om P 19. ἐγίνοντο P  
 21. ἡγοῦνται τὸν καιρὸν ἐκείνον P

rae et genti aut scripta lex est, aut non scripta et more consti-  
 tuta. lex enim esse videntur patria instituta, quemadmodum pri-  
 mum, qui in extremo orbe habitant, Seres legum loco patria insti-  
 tuta habent, ne moechentur, aut furentur, aut calumnientur, aut occi-  
 dant. lex est apud Bactrianos a maioribus accepta disciplina et pie-  
 tas, ne carnibus vescantur aut bibant vinum, neve libidini vel ulli  
 generi pravitatis locum relinquunt, quum finitimi illis Indi impune  
 contraria agant: quorum qui in regionibus interioribus habitant, an-  
 thropophagi sunt et advenas occidunt comeduntque. Chaldaeis et  
 Babyloniiis lex lasciviae et turbitudinis plena. apud Pelaeos autem  
 lex est, ut mulieres agros colant et domos aedificent ceterisque vi-  
 rorum operibus fungantur, at vero etiam moechentur, quantum libet,  
 a viris plane non impeditae: in quibus adeo plurimae bellicosissimae  
 sunt ac bestias non plane validissimas venantur. in Britannia autem pleri-  
 que viri uni concumbunt mulieri, et multae mulieres uni viro. Amazones  
 olim maritis carebant ac bestiarum instar semel quotannis, circa ver-  
 num aequinoctium, e finibus egressae et concumbentes cum viris fini-  
 timis, quasi festum quendam conventum celebrabant: unde conceptis

λαμβάνουσαι παλινοδρομοῦσι οἴκαδε πᾶσαι· τῷ δὲ καιρῷ τῆς  
 ἀποκνήσεως τὰ μὲν ἄρρενα φθείρουσι, τὰ δὲ θῆλυ ζωογο-  
 νοῦσι καὶ τιθηνοῦσιν ἐπιμελῶς καὶ ἐκτρέφουσιν. οὕτως καὶ  
 τὰ ἐνταῦθα, ὡς εἶπόν σοι, ὑπάρχει ἢ ἡμετέρα συνήθεια, ὡς  
 5 καθὼς καὶ αὐτὸς μέλλεις μαθεῖν παρὰ ἀξιοπίστων ἀνδρῶν.  
 καὶ μὴ θαύμαζε, τιμωτάτε ἄνερ κῆρ Γεώργιε. διὰ τοῦτο  
 ποιῶμεν τὸ παρὸν συνοικέσιον μετ' αἰδοῦς καὶ οὐκ ἀσυμβού-  
 λως τῶν, καὶ ὑπόσχομαι δοῦναι τῇ θυγατρὶ μου ἄνευ τῶν  
 10 πολυτίμων σκευῶν ἀργυρίου καὶ χρυσίου καὶ λίθων πολυτί-  
 μων καὶ μανακίων διαμαργάρων καὶ χρυσίου καὶ ἐτέρων λί-  
 θων, χωρὶς τῶν ἐνδυμάτων καὶ ὑφασμάτων πολυειδῶν εἰς  
 ὑπηρεσίαν αὐτῆς, καὶ πάρεξ τούτων χρυσᾶ νομίσια χιλιάδας  
 πεντήκοντα καὶ ἕξ. ἔτι δὲ καὶ κατ' ἔτος ἔχη ἑτέρας χιλιάδας  
 τρεῖς τοῦ ποιεῖν ἐλεημοσύνας εἰς πτωχοὺς, καὶ ὅπου δ' ἂν  
 15 δόξη αὐτῇ. σὲ δὲ ἀκούω ἔχειν παιδία δύο. τὸ μὲν ἄρρεν  
 ο βασιλεὺς ἀνεγέννησε διὰ τοῦ θείου βαπτίσματος, καὶ αὐ-  
 τοῦ ἐκεῖνο ἔστι καὶ ἔσται· τὸ δὲ θῆλυ ἔστω ἐκ τῆς σήμερον  
 τῇ θυγατρὶ μου, ἢ καὶ ὀφειλέτω τοῦ ὑπανδρεῦσαι αὐτό, ὅπου B  
 δ' ἂν σὺ κρίνης εἶναι ἄξιον τόπον. καὶ ὅταν ἔλθῃς σὺν θεῷ  
 20 ἄραι αὐτήν, τότε ἐπιδώσω σοι φορτία σηρικοῦ τέτταρα· ἔστι  
 γὰρ ἢ μέταξα ἐκείνη οὐκ ἐξίτηλος, καὶ ὡς ἠκούσαμεν, πρῶτ-  
 τεται τὸ φορτίον διὰ χρυσῶν νομισίων πεντακοσίων.”

7. καὶ ἀσυμβούλως τῶν τῆς βουλῆς μου P      10. μανακίδων  
 ἀμαργάρων καὶ χρυσίων M      16. αὐτὸ ἐκείνου ἔστι καὶ ἔστω  
 καὶ ἔσται M      21. οὐκ om P

fetibus cunctae domum se recipiebant; deinde quum partum edidis-  
 sent, mares necabant, feminas conservabant, diligenter lactabant edu-  
 cabantque. sic etiam nobis hic, ut tibi dixi, nostra est consuetudo,  
 id quod a viris fide dignis poteris cognoscere. verum ne mirare, vir  
 honoratissime Georgi: praesens horum connubium reverenter nec in-  
 consulto instituimus, polliceorque, praeter pretiosam argenti et auri  
 suppellectilem, praeter gemmas et monilia margaritis, auro et lapillis  
 composita, praeter vestes et textilia varii generis, ipsius usui desti-  
 nata, praeter haec igitur daturum me esse numum aureorum quinquaginta  
 sex milia. ad haec in annos singulos accipiet alia aureorum tria  
 milia, quae in stipes pauperum aut quodcunque ipsi videbitur, im-  
 pendat. te autem duos habere liberos audio, quorum masculum im-  
 perator e sacro fonte suscepit: is igitur illius est eritque; at puella ab  
 hodierno die esto filiae meae, cuius erit eam collocare, in quem tu  
 locum boni consuleris. tum autem, quum eam receptum venies, si  
 deo ita placuerit, donabo tibi insuper onera serici quatuor. est enim  
 non vulgaris illa metaxa, solvique pro singulis oneribus numos au-  
 reos quingentos accepi.”

Ὡς οὖν πάντα τὰ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ καὶ Τραπεζοῦντι κατα-  
λεπτῶς ἐδιηγησάμην τῷ βασιλεῖ καὶ αὐθέντῃ μου ὡς ἄνωθεν,  
ἠρώτησα μαθεῖν καὶ περὶ τοῦ τῆς Σερβίας συνοικεσίου· καὶ  
ἀποκριθεὶς εἶπέ μοι “ ἐγὼ σοι ὀφείλω πολλά διὰ τὴν πρὸς με  
σὴν ἀγάπην καὶ πίστιν παιδιόθεν καὶ τὴν τοσαύτην δουλοσύ- 5  
νην· ἀλλὰ τοῦτο δὴ πλεῖον σήμερον τὸ τῆς Σερβίας βεβαίω-  
σις καὶ ἀσφάλεια καὶ ἐκσφράγισμά ἐστι τῆς εἰς ἐμέ σου ἀγά-  
πης καὶ δουλοσύνης, καὶ ἀνταμοιβὴν σοι ὀφείλω ἕως ἐν τοῖς  
ζῶσιν εὐρίσκομαι, ἐπεὶ τοσοῦτον κεκοπίακας ἀεὶ ὑπὲρ ἐμοῦ,  
καὶ μᾶλλον τὰ νῦν ἐγκατέλιπες τὸν οἶκόν σου τοσοῦτον δὴ 10  
καιρὸν πόρρω τῆς σῆς πατρίδος ξένας χώρας περιερχόμενος.  
ὄθεν οἱ ἐκεῖσε κυριεύοντες μεγάλας εὐεργεσίας καὶ τιμὰς ἐπηγ-  
γέλλοντό σοι δοῦναι, λέγω οἱ τῆς Ἰβηρίας καὶ Τραπεζοῦντος  
δεσπότης καὶ βασιλεῖς, ἕκαστος αὐτῶν ζητῶν σοι ὑπὲρ αὐτοῦ,  
ἵνα συνοικέσιον μετ’ ἐμοῦ τελέσῃς· αὐτὸς δὲ ὡς σῶφρων 15  
καὶ πιστὸς θεράπων διέκρινας τὸ συμφέρον μοι καὶ ὠφελι-  
μώτερον, καὶ ἔδρασας, καὶ ἂν νερόηκας ἔγραψάς μοι συμβου-  
λεύων. τοῦτο ἦν μέγα τι ἐκμαρτύριον τῆς πρὸς ἐμέ σου εὐ-  
νοίας καὶ ἀγάπης· καὶ πληροφορήθητι ἀληθῶς ὅτι καὶ παρ’  
ἐμοῦ ἔξις ἀξίαν τὴν ἀντάμειψιν, ἕως ἐν τοῖς ζῶσιν ὑπάρχω. 20  
περὶ δὲ τοῦ ἐν Σερβίᾳ συνοικεσίου οὐπερ ἐρωτᾷς με, τοιοντο-  
τρόπως παρηκολούθησε. μετὰ τὸ θανεῖν τὸν ἀμνηρῶν καὶ τὴν

8. ἕως — εὐρίσκομαι om M      11. εἰς ξένας χώρας M, omisso  
περιερχόμενος      12. ἐπαγγέλλοντες P      18. εἰς μαρτύριον P

Quum igitur omnia in Iberia et Trapezunte gesta subtiliter im-  
peratori, domino meo, et a principio enarrassem, de Serviano connu-  
bio eum percontatus sum: atque ille ita mihi respondit: “equi-  
dem multum tibi debeo propter eam, quam a puero erga me  
praestitisti, benevolentiam et fidem tantaque officia; verum nunc  
Servianum hoc negotium benevolentiam tuam ac studium etiam magis  
confirmat, communit et quasi obsignat, tibi que obligatus sum, quoad  
in vivis ero, quum semper mea causa summopere laboraveris, nunc  
vero etiam domum tuam per longum tempus reliqueris, procul a pa-  
tria exteras regiones obiens: unde quum, qui illic regnant, magna  
tibi dona honoresque promitterent, Iberiae scilicet et Trapezuntis de-  
spotae regesque, uterque te rogans, ipsi ut conciliares hoc connu-  
bium, ut prudens et fidelis minister decrevistis et fecistis, quod mihi  
commodum et utilissimum esset, et quid tibi videretur, per literas  
mihi suasisti. illud magnum mihi testimonium erat tuae erga me vo-  
luntatis et benignitatis: et certo scito, digna me tibi praemia solu-  
turum, quoad in vivis ero. quod autem de Serviano me connubio  
rogas, res ea ita evenit. amera mortuo et coniuge eius reversa ad



τούτου σύζυγον ἐπαναστρέψασαν πρὸς τὸν τῆς Σερβίας δε-  
 σπότην τὸν πατέρα αὐτῆς, προσῆλθέ μοι συλλαλήσασα ἢ  
 πρωτοστρατόρισσα ἢ συγγενῆς αὐτῆς περὶ τῆς τοιαύτης ὑπο-  
 θέσεως, καὶ πλείστας δόσεις καὶ προῖκας ἐπηγγέλλετό μοι, καὶ  
 5 ἄλλα πολλὰ ὠφελιμώτατα ἔτασεν ὑποσχομένη ἐν τῷ μέλ-  
 λοντι, ἅπερ καὶ γὰρ ἀπὸ πολλῶν αἰτιῶν ἐνόμισα ταῦτα ἀληθῆ  
 εἶναι καὶ συμφέροντα. ὅμως δὲ ἐν τούτῳ ἔδει καὶ ἕτερα  
 βουλὴ καὶ σκέψις, καὶ γὰρ οὐκ εἶχον μετὰ τινος συμβουλευθῆ-  
 ναι διὰ τὸ πάντας πᾶθητικῶς διακεῖσθαι. ἡ κυρία μου ἢ  
 10 δέσποινα καὶ μήτηρ τοῦ παρόντος βίου ἐξεδήμησε. ὁ μὲν  
 Καντακουζηνός, ὃς ἀπὸ τῶν ἄλλων ἀπροσπαθῶς ἐβούλευε,  
 καὶ αὐτὸς ἀπέθανεν· ὁ δὲ Λουκάς ὁ Νοταρᾶς φανερῶς καὶ  
 ἀφανῶς λέγει ὅτι οὐδεὶς τῶν ἄλλων πάρεξ αὐτοῦ οἶδε τί  
 ποιεῖ, εἰ μὴ τὰ παρ' αὐτοῦ λεγόμενα καὶ ποιούμενα δυσχυ-  
 15 ρίξεται ἀληθῆ καὶ καλὰ εἶναι, καὶ πάντα λίθον κινεῖ, τὸ τοῦ  
 λόγου, ὡς καὶ αὐτὸς καλῶς ἐπίστασαι. ὁ μέγας δομέστικος  
 ἐχθροδῶς διάκειται εἰς τὰ τῆς Σερβίας, καὶ ὁμονοήσας μετὰ  
 τοῦ Καντακουζηνοῦ Ἰωάννου παροτρύνοντές με αἰεὶ ἵνα τὸ  
 τῆς Τραπεζοῦντος συνοικέσιον γένηται. τίτι γὰρ τότε ἐδυνά-  
 20 μην συμβουλευέσθαι; μετὰ μοναχῶν καὶ τῶν τοιούτων;  
 ἀπράγμονές εἰσι. μετὰ ἀρχόντων; καὶ οὐδεὶς ἐφρόντιζε μὴ  
 προκείμενός τινι, μὴ πως δημοσιεύσῃ αὐτὰ τοῖς ἄλλοις. λοι-

4. δώσειν προίκας P      9. ἢ δέσποινα om P      17. ἐχθροει-  
 δῶς P      18. παροτρύνοντός μου P      20. συμβουλευέσασθαι P

despotam Serviae, eius patrem, adiit me super illo negotio cognata  
 eius protostratorissa, sponsonditque mihi cumulatissima dona dotem-  
 que, et alia multa utilissima commemoravit et in futurum promisit:  
 quae ego multis de causis vera et e re mea fore existimavi. attam-  
 en alio consilio et deliberatione in tali re opus erat, nec habebam,  
 quem consulerem, quoniam omnes animo vehementiori erant. domina  
 et mater mea imperatrix e vita cesserat; Cantacuzenus, qui e  
 reliquis non cupide iudicabat, et ipse mortuus erat. Lucas Notaras  
 autem palam et occulte dicitur, praeter se neminem omnium scire,  
 quid facto opus sit, nihil, nisi quod ipse dicit facitque, verum ac  
 bonum esse affirmat, omnemque lapidem movet, ut utar proverbio,  
 id quod ipse bene nosti. magnus domesticus infesto in Servios animo  
 est conspiransque cum Iohanne Cantacuzeno quotidie me ad Trapezuntium  
 connubium adhortatur. cum quonam igitur deliberarem? cum  
 monachis et eiusmodi hominibus? at rem publicam non attingunt.  
 cum proceribus? at nemo rem perpensurus erat, qui nulli propensior  
 esset, ut timendum esset, ne eam cum ceteris communicaret. itaque

πὸν ἐγὼ ἐδεινοπάθουν εἰς τὴν σὴν βραδύτητα, ἐλθούσης δὲ  
 τῆς γραφῆς σου, ἰδοὺ καὶ σὲ καὶ τὴν γνώμην σου ἐγίωκα·  
 καὶ ἃ εἶχομεν καὶ ἡμεῖς προσυλιστάμενα, φρονίμως καὶ κα-  
 λῶς ἔλυσας. καὶ εὐθὺς τὸν Παλαιολόγον καὶ τὸν Εὐδαίμονα  
 Ἰωάννην ἀπέστειλα, δι' ἄλλα μὲν τὸ φαινόμενον, ὡς ἀπὸ τῆς 5  
 50 θείας αὐτοῦ τῆς πρωτοστρατορίας εἶπη τοῦτο. καὶ ἰδοὺ  
 ἤκούσαμεν τὸ αἴτιον τοῦ κωλύματος, καὶ ἐπαύσαμεν. λοιπὸν  
 σὺν θεῷ τελέσωμεν τὸ τοῦ βασιλέως τῆς Ἰβηρίας." καὶ γε-  
 γονότος χρυσοβούλλου καὶ ὑπογραφέντος, περιεῖχεν οὕτως, ὅτι  
 ἐκείνου μὲν ἡ θυγάτηρ ἔστω γυνὴ τοῦ βασιλέως καὶ δέσποινα 10  
 τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ αὐτὸς δὴ ὁ βασιλεὺς ἔστω ἀνὴρ  
 αὐτῆς, κατὰ πάσας τὰς συμφωνίας ἃς μετ' ἐμοῦ ἔστησεν ὁ  
 ῥηθεὶς ῥῆξι τῆς Ἰβηρίας. καὶ κληθεὶς προσῆλθε κατενώπιον  
 τοῦ βασιλέως ὁ ἐκ τῆς Ἰβηρίας μετ' ἐμοῦ ἐληλυθὼς πρέσβυς·  
 καὶ ὁ βασιλεὺς οἰκιοχειρῶς ἐμπροσθεν τούτου ἐποίησε σταυ- 15  
 ροὺς τρεῖς μετὰ κινάβαρεως εἰς τὸ ἀνώτερον τοῦ χρυσοβούλ-  
 λου μέτωπον εἰς βεβαίωσιν κατὰ τὴν ἐκείνων συνθήειαν, καὶ  
 ἔδωσε τὸν χρυσόβουλλον ἐπὶ τὰς χεῖρας τοῦ πρέσβεως, καὶ  
 φησιν αὐτῷ "ἰδοὺ οὗτος" ἐμὲ δεικνύων "σὺν θεῷ τῷ ἐρχο-  
 μένῳ ἔαρι ἐλεύσεται μετὰ τριήρεων παραλαβεῖν τὴν ἐμὴν 20  
 σύνευνον τὴν νεόνυμφον." προσκνησας οὖν ὁ πρέσβυς ἀνε-  
 χώρησεν.

3. καὶ ἡμεῖς om P    5. ἀπέστειλα P    11. καὶ — αὐτῆς om P  
 13. ἤλθε P    17. ἐκείνου P

ego iniquius ferebam moras tuas. epistola autem tua ad me perlata,  
 et te et sententiam tuam cognovi, quaeque nos quoque prius consti-  
 tuta habebamus, prudenter et commode expediveras. statim igitur  
 Palaeologum cum Iohanne Eudaemone, aliarum rerum praetextu,  
 misi, a protostratorissa, matertera sua, illud renuntiatum. ecce autem,  
 causam, quae rem impediret, cognovimus, et destitimus. ceterum, si  
 deo placet, perficiamus cum Iberorum rege connubium." fit igitur bulla  
 aurea, cui subscriptum est, in hanc sententiam, ut illius filia esset  
 uxor imperatoris et imperatrix Cpolis, imperator esset eius maritus,  
 secundum conditiones omnes, quas Iberorum rex mecum composuerat.  
 vocatur in conspectum imperatoris qui mecum ex Iberia legatus ve-  
 nerat, et coram hoc imperator manu sua in superiore bullae fronte  
 rubrica tres cruces scribit ad confirmandam pactionem ex illorum con-  
 suetudine, traditque bullam in manus legati his verbis: "hic vir (me  
 ostendebat) deo propitio proximo vere cum triremibus veniet, vir-  
 ginem mihi desponsam abducturus." itaque legatus, adorato impera-  
 tore, discessit.

Ἐπεὶ δὲ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ αὐτοῦ ἔτους ἐπιθυροῖζετο ὅτι ὁ ἀμηνῶς ἐβούλετο ἐλθεῖν κατὰ τὸ στενὸν ἐγγὺς τοῦ ἀνωτέρου μέρους τῆς τοῦ Ἀσωμάτου κόμης οἰκοδομησαί τι φρούριον, καὶ βουλῆς γενομένης ἵνα ὁ βασιλεὺς εἰς Πελοπόννησον στείλῃ μηνύων τοῦ ἐλθεῖν ἕνα τῶν αὐταδέλφων αὐτοῦ, ὃς ἂν βουλήσῃται τούτων, καὶ ὁμοφωνήσῃ εἰς ὅσα αἱ βασιλικαὶ γραφαὶ διελάμβανον, ἵνα ἀνάγκης ἐπελθούσης ἴδωσιν εἰ ὁ ἀμηνῶς βούλεται προᾶξαι τι κατὰ τῆς πόλεως ἧτοι τῆς βασιλείας, καὶ ἀπέλθῃ πρὸς τοὺς δυτικούς αὐθέντας καὶ συμ-  
 10 μαχίαν αἰτήσῃ, ἐν τῷδε τῷ μέσῳ παρηλθόν ἡμέραι τινές, εἶτα προστάξας ἐλθεῖν με ἐνώπιον αὐτοῦ εἶπέ μοι τάδε. “πρωτοβεστιαρίτα, περὶ τῆς βουλῆς ἧς ἐστήσαμεν ἐτοιμάσθητι τοῦ ἀπελθεῖν σε εἰς Πελοπόννησον· καὶ ὡς ἂν διορθώσῃς τὴν ἐκεῖσε ὑπόθεσιν, ἵνα τις τῶν ἀδελφῶν μου ἐλευσῆται ἐνθάδε,  
 15 ἀναγκαῖόν ἐστίν ἀπελθεῖν σε ἐκεῖθεν εἰς Κύπρον πρὸς τὴν ἐμὴν ἀδελφοπάαιδα τὴν ῥήγισσαν. ἡμεῖς δὲ ἐνταῦθα ἐτοιμάσωμέν σοι τὰ ἐπιτήδεια τῆς ὁδοῦ. μετὰ τὸ ἐξελθεῖν σε κακεῖθεν πορεύσῃ αὐθις εἰς τὴν Ἰβηρίαν, ὅπως ἄρῃς τὴν νεόνυμφον τὴν ἐμὴν σύνευνον τὴν μελλοκυρία σου.” ἔγωγε  
 20 ἀποκριθεὶς εἶπον αὐτῷ “οὐ δύναμαι παραβῆναι τὸ πρόσταγμα σου, τοῦ μὴ ἐκτελέσαι ὡς κελεύεις· ἀλλ’ ἡ σύντεκνος καὶ δούλη τῆς βασιλείας σου, ἡ γυνή μου, ὑποπτέω μὴ ποιεῖ διὰ τὸ συχνάκις με ἀπουσιάζειν αὐτῆς ἀγανακτῶσα ἀποκα-

17. τοῦ δρόμου P

22. ὑποπτέω M

Quum initio eiusdem anni fama maneret, ameram ad angustias prope superiorem partem vici Asomati esse venturum, ut ibi exstrueret castellum, quumque, concilio habito, visum esset, ut imperator in Peloponnesum ad fratrem arcessendum mitteret, utercunque illorum venire vellet, et is comprobaret, quaecunque imperatoriis literis constituta essent, atque, si necessitas adesset vidissentque ameram adversus urbem vel imperium aliquid moliturum, ad occidentales principes opem imploratum proficisceretur: haec igitur dum fiunt, paucis diebus interiectis, imperator me ad se arcessitum ita allocutus est. “e consilio, quod cepimus, para te, protovestiarie, ut in Peloponnesum proficiscare, ibique negotium hoc perficias, ut alteruter fratrum meorum huc veniat. inde oportet te in Cyprum ad reginam, neptem meam, iter facere. nos hic necessaria itineri providebimus. inde reversus autem in Iberiam discedes, ut advehas recens mihi sponsam uxorem, futuram dominam tuam.” ad quae ego ita respondi “non possum equidem declinare mandatum tuum, ut non faciam, quod iubes; verum maiestatis tuae commater et serva, coniux mea, vereor, ne quando, propter crebram absentiam meam indignata, monachis se

ρήσεται μοναχή, ἢ καὶ εἶσθι με καὶ ἄλλον λάβη· χθὲς γὰρ ἐλήλυθα ἀπὸ Ἰβηρίας, διατρίψας ἐκεῖ ἔτη δύο, καὶ εἰ ἀναχωρήσω αὐθις ἐν βραχυμερίᾳ οἴκοθεν, εὐλογον αἰτίαν εὐρήσκει καὶ δικαίαν πρόφασιν τοῦ προᾶξαι ἐν ἑξ ὧν εἴρηκα.” ὁ δὲ βασιλεὺς γελάσας εἶπέ μοι “ἀλλ’ αὐτὸς λέξον αὐτῇ ἵνα 5 ταύτην καὶ μόνην τὴν ὁδοιπορίαν συγχωρήσῃ σοι ποιῆσαι, καὶ ἐνόρκῳ προστάγματι τάσσω μηκέτι σε ἐνοχλῆσαι τοῦ ἐξελεθεῖν σε πατριδόθεν. καὶ μάλα καλῶς ἐπίστασαι τὰ ὅσα σοι ἐπηγυειλάμην εὐεργετήσαι σε, καὶ τί τὰ ἀνὰ ἡμῶν συλλαληθέντα, καὶ τί βουλόμεθα ποιῆσαι. καὶ τοῦτο βέβαιόν ἐστι καὶ χω- 10 ρίς ἐνόρκου προστάγματος, ὅτι αἱ πρεσβεῖαι καὶ ὁδοιπορίαι αἱ ὑπὸ σοῦ παύσουσι. μὴνύσω δὲ καὶ πρὸς τὸν μέγαν δοῦκα τὸν Νοταρᾶν ὅτι ἐπεὶ τὸ τοῦ μεγάλου δουκὸς ὄφφίκιον κτηται, οὐ δύναται ἔχειν καὶ τὸ μεσσαστικόν. καὶ τοῦτο λέγω Β ἵνα σοι δωρήσωμαι. ἀλλ’ ὅμως οὐκ ἔστι πρέπον ἵνα ἀφαι- 15 ρέσω αὐτὸ ἐξ αὐτοῦ· ἔστι γὰρ ὡς καταφρονεῖν, εἰ μὴ ἀναβολὴν καὶ τρόπον ποιήσομεν ἵνα αὐτοθελῶς ἐγκαταλείψῃ αὐτὸ ἐκεῖνος. καὶ ἐχέτω δὴ πάλιν τὸ πρωτεῖον τῆς στάσεως καὶ τῆς βουλῆς, καὶ τι σιτηρέσιον δι’ ἄλλον τρόπον, ἐπεὶ χρῆ ποιῆσαι καμὲ δύο τῶν ἀρχόντων συμβούλους, ὡς καὶ ὁ βα- 20 σιλεὺς ὁ ἀδελφός μου εἶχεν, ἵν’ ὧσι μετ’ ἐμοῦ δι’ ὅλης τῆς ἡμέρας ἐν τῷ παλατίῳ τοῦ προβλέπειν διορθῶναι καὶ πράττειν τὰ ἀναγκαῖα, δουλείας τε καὶ ὑποθέσεις τῆς βασιλείας.”

8. μᾶλλον M      18. καὶ ἔχε δὲ P      19. καὶ τὸ σ. P      δι’  
ἄλλον τρόπον P      22. διορθοῦν P

adiungat aut me deserto nubat alii. nuperrime enim ex Iberia redii, annos ibi duo moratus, atque si intra paucos dies iterum peregre abiero, causam idoneam et iustam inveniet faciendi alterum horum, quae dixi.” subridens imperator “at tu,” inquit, “fac, ut unum hoc iter etiamnum facere tibi permittat, ac iure iurando tibi spondeo, posthac me non iam creaturum tibi molestiam itineris extra patriam faciendi. scis autem, quae tibi beneficia promiserim, quae inter nos locuti simus et quid facere cogitemus, atque hoc quidem etiam sine sacramenti religione certum est, legationes et itinera tua finem habitura esse. significabo autem Notarae, magno duci, quum magni ducis munere fungatur, non posse eum praeesse etiam administratoris officio, atque hoc dico, ut te eo munere ornem. neque tamen decet, spoliare me eum ista dignitate. contemnere enim eum videamur, nisi exspectemus aliquantisper et modum excogitemus, quo eam ipse sua sponte deponat. enimvero habebit rursus primas in consilio, et aliunde aliquod stipendium, quandoquidem me quoque duos e nobilitate consiliarios, quales habuit imperator, frater meus, creare necesse

καὶ οὕτως ἐμηνύθη ὁ μέγας δούξ διὰ τοῦ ἑμοῦ καὶ αὐτοῦ  
 συντέκνου, τοῦ ἱερομονάχου καὶ πνευματικοῦ πατρὸς Νεοφύτου  
 τοῦ ἐν τῇ τοῦ Χαρσιανίτου μονῆ. καὶ ἀκούσας ὁ Νοταρᾶς  
 περὶ τοῦδε τοῦ ὀφρικίου ἔστειρε, πλὴν ἔκουσίως ἢ ἀκουσίως οὐκ  
 5 οἶδα· καὶ μᾶλλον ἐδείκνυεν ὅτι καὶ πρὶν ἢ τοῦ εἰπεῖν αὐτῷ  
 περὶ τούτου ἐλογίζετο ποιῆσαι, ὅπως καὶ ὁ βασιλεὺς ἀντιχα-  
 ρίσηται τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ ἄλλην τινὰ τιμὴν. ταῦτα οὖν πέ-  
 ρας οὐκ ἔλαβον διὰ τὴν ταχέως ἐπελθοῦσαν εἰς ἡμᾶς κοινὴν  
 συμφορὰν. καὶ πάλιν εἶπέ μοι ὁ βασιλεὺς ὅτι ἤθελεν εὐε-  
 10 γεῖσαι μοι καὶ τὴν τοιαύτην χάριν, ἵνα συζεύξῃ εἰς γυναῖκα  
 τὴν ἐμὴν θυγατέρα τῷ νεανίσκῳ ἐκείνῳ Νικολάῳ τῷ Μελισ-  
 σηῶ, τῷ υἱῷ ποτὲ Νικηφόρου τοῦ Μελισσηνοῦ, ὃν καὶ Με-  
 λισσοργὸν ἐπωνόμαζον, τοῦ καὶ μεγάλου πρωτοστράτορος,  
 ἕστερον δὲ καὶ μητροπολίτου γεγονότος, ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ  
 15 βιβλίῳ τῆς ἡμῶν ἱστορίας ἐμνήσθημεν· καὶ τὴν ἐπιτροπι-  
 κὴν διοίκησιν, ἣν προειρήκαμεν, τῶν τούτου τόπων καὶ χώρων  
 δώσῃ μοι τοῦ ἰθύνειν καὶ κυβερνᾶν, ἕως οὗ ἢ ἐμὴ θυγάτηρ  
 τὸ δέκατον τέταρτον ἔτος φθάσῃ καὶ ὁ γάμος τέλειος γένη-  
 ται. καὶ αὕτη μὲν ἦν ἡ ὑπόθεσις, περὶ ἧς ἔλεγεν ὁ βασιλεὺς  
 20 ὅτι αἱ δι' ἑμοῦ πρεσβεῖαι καὶ ὁδοιπορίαι παύσωσιν. εἴρηκέ  
 μοι καὶ τοῦτο, ὅτι ἐν τῇ Πελοποννήσῳ ἤθελεν ἀποστεῖλαι  
 ἑτερόν τινα τῶν γηραιῶν ἀρχόντων, ἵνα τὰ ἐκεῖσε, ὡς ἔφη-  
 μεν, διορθώσῃ μετὰ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, καὶ ἀνάθεσιν δώσῃ

est, qui per totum diem mecum sint in palatio ad providenda, ordinanda, et facienda necessaria tum servitia tum consilia imperii." atque ita significatum est magno duci per meum et ipsius compatrem, hieromonachum et spiritualem patrem Neophytum, qui in Charsianitæ monasterio erat. edoctus de hoc officio Notaras, non repugnabat, utrum libenter tamen, an invitus, nescio: quamquam prae se ferebat, etiam ante quam monitus esset, cogitasse se istud facere, ut imperator ipsius filiis aliam impertiret dignitatem. at enim haec non habuerunt exitum propter communem citius in nos ingruentem calamitatem. rursus mihi affirmavit imperator, etiam hanc se mihi gratiam daturum, ut filiam meam iuveni collocaret Nicolao Melisseno, filio Nicephori Melissenii, quem Melissurgum cognominabant, magni protostatoris, postea vero etiam metropolitae munere functi, quemadmodum historiarum libro secundo commemoravimus; pollicitus etiam, traditurum se mihi vicariam, cuius ante mentionem fecimus, administrationem locorum eius oppidorumque, quae haberem et procurarem, donec filia mea decimum quartum annum attigisset et nuptiae fierent. atque hoc illud fuit, in quo legationes et itinera mea finem esse habitura imperator affirmavit. idem mihi dixit, velle se in Pelo-

αὐτῷ πῶς ἔχῃ πράξει· εἰ ἐν κεφαλαίων οὐ δυνήθῃ ποιῆσαι, πράξῃ κατὰ τὸ δεύτερον καὶ οὕτω κατὰ διαδοχὴν ἢ τὸ τρίτον ἢ τὸ τέταρτον ἢ ἐξ ἀνάγκης τὸ πέμπτον. καὶ εἶπέ μοι περὶ τούτου πάλιν “ἀλλ’ ὑποψίαν ἔχω ὅτι εἰ ἐὰν ἑτερόν τινα πάρεξ σοῦ ἀποστείλω, οὐ φυλάξει μοι τὴν πρόπουσαν εὐνοίαν καὶ πίστιν, 5 μὴ πως ἀπατήσωσιν αὐτὸν οἱ δεσπότες καὶ ἀδελφοί μου, ὑποσχόμενοι τούτῳ διὰ χρυσοβούλλου τινὰ κόμην ἢ χώραν αὐτῷ καὶ τοῖς κληρονόμοις αὐτοῦ κατὰ διαδοχὴν, καὶ πεισθεῖς ἀποδοκιμάσῃ τὰ τέτταρα εἰρημμένα κεφάλαια, καὶ πράξῃ κατὰ τὸ πέμπτον, ὅπερ βαρύντατόν μοι ἔσεται. αὐτὸς οἶδας 10 καὶ τὸν ἀπὸ τῆς Κύπρου ῥηγίσσας τῆς ἐμῆς ἀνεψιῆς ἀποσταλέντα μοναχόν, λέγοντά μοι ὅτι ἐπεὶ ἡ ῥήγισσα οὐκ εἶχεν ἄνθρωπον πιστόν καὶ ἐπιτήδειον μηνῦσαί μοι δι’ αὐτοῦ τὰ ὅσα ἦν ἀναγκαῖα, οὔτε δυνατὸν ἦν ὡς ἐκείνη ἐπεθύμει συλλαλῆσαί μοι διὰ στόματος, ἐξαποστείλω ἐγὼ πρὸς αὐτὴν ἄν- 15 θρωπον ἐκ τῆς ἡμετέρας αὐλῆς δόκιμον καὶ πιστόν. διὰ τοῦτο ἑτερόν τινα οὐχ ἀρμόζει πάρεξ σοῦ εἰδέναι τὰ μυστήρια ἡμῶν, καὶ οὐδεὶς ὅς ἀρμοδιώτερός σου, εἰ μὴ μόνον σὺ ὁ πράξας καὶ στήσας καὶ ὀμιλήσας καὶ πληροφορορήσας τὰ πάντα μετ’ αὐτῆς καὶ ἐν ἑτέρῳ καιρῷ· διὸ οὐ δύναται δι’ 20 ἄλλου τινὸς ἢ ὑπόθεσις πέρας λαβεῖν.” ἐγὼ δὲ πάλιν ἀπο- 51 κριθεὶς εἶπα τῷ βασιλεῖ “ὡς κελεύει ἡ βασιλεία σου, οὕτως ἔχει. ἔνεκεν τούτων τῶν εὐλόγων αἰτιῶν ἡ ἐμὴ σύννευος ἡ

1. πράξει ἐν κεφαλαίοις πέντε, οἷο εἰ κατὰ τὸ πρῶτον κεφάλαιον οὐ P

ponnesum alium e senibus optimatum mittere, qui illic res, de quibus diximus, cum fratribus componeret, et referret ad se, quid facto opus esset: quodsi non posset primum caput obtinere, obtinere niteretur secundum, atque ita deinceps aut tertium, aut quartum, aut, si necessitas cogeret, quintum. rursus “sed si,” inquit, “alium praeter te misero, metuo, ut is debitam mihi benevolentiam et fidem praestet, neve eum decipiant despotae, fratres mei, per bullam auream vicum aliquem vel regionem ipsi et heredibus deinceps polliciti: qua ille re commotus, quatuor capitibus reiectis, de solo quinto agat: quod mihi molestissimum accideret. praeterea scis ipse, a regina Cyprī, cognata mea, ad me missum monachum dixisse, ut, quum regina non haberet hominem fidum et idoneum, per quem res quasdam maximi momenti mecum communicaret, nec posset, ut optaret, coram mecum colloqui, ego ad illam hominem ex nostra aula spectatum et fidum mitterem. quare fieri nequit, ut alii, ac tibi, secreta nostra innotescant, neque est quisquam te aptior, quandoquidem tu etiam alias omnia cum illa egisti, constituisti, communicasti, perfecisti. quam

δούλη σου ἅμα τοῖς ἐμοῖς συγγενέσιν οὐ κωλύσουσί με, εἰ τύχη,  
 καὶ ποιήσω τὸ προσταχθέν μοι. ἦν εὖ μακαρίσω, ἀναφέρων  
 αὐτῇ εἶτι περὶ ὧν διὰ τῆς καλοκάγαθίας τῆς βασιλείας σου  
 ἔταξάς μοι περὶ τῆς ἐμῆς θυγατρὸς ὑπανδρίας καὶ τόπων καὶ  
 5 τιμῆς δωρήσεως καὶ ἀναδοχῆς πλέον τῶν ἄλλων ἀρχοντισ-  
 σῶν.” καὶ οὕτως καιροῦ δὴ ὄντος τοῦ ἀριστήσαι προσκνή-  
 σασ ἐγὼ ἀπῆλθον οἴκαδε. μετὰ δὲ τὸ ἀριστον ἐλθόντος τοῦ  
 μεγάλου δονκὸς ἐν τῷ παλατίῳ ἐφήσατο αὐτῷ ὁ βασιλεὺς τὰ  
 ὅσα μετ’ ἐμοῦ ἐλάλησε περὶ τοῦ πρέσβυν με ἀπελθεῖν, ἀλλ’  
 10 οὐκ ἀπεκάλυψεν αὐτῷ δι’ ἣν αἰτίαν· καὶ προσέθηκε καὶ  
 τοῦτο, ὅτι ἀναγκαῖόν ἐστι τιμῆσωμεν καὶ ἡμεῖς τὸν Φραιτζῆν,  
 διότι τὸ ὄφφικιον ὃ κέκτηται οὐκ ἔστιν εὐχαριστία οὐδεμία  
 πρὸς ἡμᾶς, διότι παρὰ τοῦ βασιλέως τοῦ ἀδελφοῦ μου εὐ-  
 ηρογετήθη τοῦτο αὐτῷ. διὸ λέξον αὐτῷ ποῖον ἄλλο τῶν ὄφ-  
 15 φικίων ὀρέγεται, καὶ ἀκούσωμεν. καὶ ἐξελθὼν ὁ δούξ καὶ  
 εὐρών με ἐπυρθάνετο τί τὸ ὄφφικιον ὠρεγόμεν ἵνα δωρήση-  
 ται μοι ὁ βασιλεὺς. ἐγὼ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπον ὅτι κατὰ νοῦν  
 εἶχον καὶ ἐγὼ αἰτῆσαι μεῖζον ὄφφικιον, ὅπερ οὐ κέκτηται  
 ἄλλος, καὶ οὔτε ζῶντός μου εὐεργετήσῃ τινὶ ἑτέρῳ πλὴν ἐμοῦ·  
 20 καὶ τὸ πρέπον οὕτως μοι δοκεῖ εἶναι, ὃ καὶ ὀρέγομαι, ἐπεὶ  
 καὶ πρὸ τοῦ ἀπελθεῖν με εἰς Τραπεζοῦντα τοσαῦτα ὄνειδη  
 καὶ κατηγορίας ἤκουσα καὶ ὑπέφερα διὰ τὸ εἶναι καὶ ἑτέρους

1. κωλύσωσί με, εἰ τύχοι P      2. ἦν ἀμαρῆσω P      3. περὶ  
 αἰτιῶν διὰ P      11. φραιτζῆν P      13. εὐεργετήθη αὐτό P      16.  
 ὀρέγομαι P      21. τοσαύτας κατηγορίας ὄνειδιστικὰς ἤκουσα P

ob rem per alium istud negotium absolvi nequit.” ego ita respondi  
 “sicut censes, imperator, ita res habet. ac propter istas gravis-  
 simas causas coniux mea, serva tua, cum reliquis propinquis non  
 obstabit fortasse, quominus voluntati tuae obsequar: quam bea-  
 bo, quum docebo, quae maiestatis tuae gratia de filia mea col-  
 locanda decreverit, deque ditiois et honorum praemiis, prae re-  
 liquis feminis nobilibus eam evectura.” ita quum tempus prandii ad-  
 esset, adoratione facta, domum discessi. post prandium magno duci  
 in palatium venienti imperator retulit, quae de obeunda mihi lega-  
 tione mecum egisset, causam tamen non aperuit; addidit autem, ne-  
 cesse esse, ut ipse quoque me cohonestaret, quoniam munus, quo  
 fungerer, non sua gratia, sed imperatoris, fratris sui, benevolen-  
 tia mihi impertitum esset; mandavitque ei, ut quod munus optarem,  
 ex me quaereret et sibi renuntiaret. itaque dimissus dux, ubi me  
 vidit, rogavit, quod munus ab imperatore mihi dari cuperem. ad quae  
 ita respondi: “possim equidem munus maius nunc petere, quod alius  
 non habeat, quodque me vivo praeter me nemini impertiat. quod  
 honeste petiturus mihi videor, quia, antequam Trapezuntem discessi,

δύο ἄρχοντας ἐν τῷ ὄφφικίῳ ὃ ἔχω, ὃ οὐκ ἤθελα. ἀλλ' ἵνα βεβαιωθῇ ὁ λόγος μου, ὡς μοι εἶρηκας καὶ γὰρ ὀρέγομαι, εἰ καὶ ἀρεστόν ἐστι τῷ αὐθέντη μου τῷ βασιλεῖ, εὐεργετήσῃ μοι τὸ ὄφφικιον τοῦ μεγάλου κοντοσταύλου." καὶ οὕτως ἀπῆλθεν ὁ Νοταρᾶς καὶ ἀνέφερε πάντα τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς 5 εἶπεν αὐτῷ "αὐτὸ γὰρ τὸ ὄφφικιον οὐ δίδωμι οὐδενί, ὅτι ὁ πρόωγ μου πενθερός ἐστι μέγας κοντόσταυλος, γεγονὼς ἐν τῇ Πελοποννήσῳ παρὰ τοῦ βασιλέως τοῦ πατρός μου, ὅτε ὠκοδόμηι τὸν Ἴσθμόν. πλὴν δώσω αὐτῷ ἕτερον μείζον ὄφφικιον, τὸ τοῦ μεγάλου λογοθέτου." ὁ δὲ δουξ ἀποκριθεὶς 10 εἶπε "καὶ τί γενήσεται μετὰ τοῦ Παλαιολόγου τοῦ Μετοχίτου"; ὁ Νοταρᾶς εἶπεν ἔτι τῷ βασιλεῖ ἵνα εὐεργετήσῃ με τὸ τοῦ μεγάλου πριμικηρίου, ὃ ἐστι μετὰ τὸ τοῦ στρατοπεδάρχου, καὶ οὐ τοῦτο, λέξας ὅτι ἡ βασιλεία σου ζητήσῃ τοῦ δεσπότη τοῦ ἀδελφοῦ σου ἐποίησας στρατοπεδάρχην τὸν τοῦ 15 Καντακουζηνοῦ υἱὸν διὰ τὴν συγγαμβρίας συγγένειαν καὶ διὰ τὸν πρωτοστράτορα τὸν ἑαυτοῦ πατέρα. καὶ ἐὰν δώσης τῷ Φραντζῆ τὸ τοιοῦτον ὄφφικιον, ὃ ἐστι πρῶτον τοῦ μεγάλου στρατοπεδάρχου, τί γενήσεται; ὅμως εἰ ἀρεστόν ἐστι τῇ βασιλείᾳ σου, εὐεργετήσον αὐτῷ τὸ τοῦ μεγάλου πριμικηρίου ὄφφικιον, ὃ ἐστι μετὰ τὸ τοῦ μεγάλου στρατοπεδάρχου." ὁ δὲ βασιλεὺς εἶπεν "ἐγὼ σοι προεἶπον ὅτι ὁ Φραντζῆς οὐδέχε-

1. ἤθελον P    2. λόγος ὃν μοι P    9. ὄφφικιον om P    11.  
 τοῦ Παλαιολόγου om M    12. ὁ Νοταρᾶς — λέξας om M    16.  
 τοῦ συγγάμβρου P    18. φραιζῆ P

plurimas calumnias et criminationes expertus sum ac pertuli, quia alii duo proceres in officio essent, quod habeo: id quod nolui. itaque, ut eventum habeat oratio mea, quando tu ita iubes, cupio equidem, si imperatori, domino meo, acceptum sit, ut impertiat mihi munus magni contostauli." ita discessit Notaras et cuncta retulit imperatori: qui haec ei respondit "illud quidem munus nemini impertio, quoniam pristinus affinis meus magnus contostaulus est, ornatus ea dignitate in Peloponneso a patre meo imperatore, quum Isthmum muniret. verum dabo illi aliud maius munus, magni logothetae." tum dux "quid igitur," inquit, "de Palaeologo Metochita fiet?" addiditque, ut magni primicerii munus, quod post stratopedarchae munus sequitur, non hoc, mihi daret. "ipsa enim," inquit, "maiestas tua fratris despotae rogatu stratopedarcham fecisti Cantacuzeni filium propter affinitatem et patrem eius protostratorem. Phrantzae igitur si dederis hoc officium, quod maius est dignitate stratopedarchae, quid futurum est? sed tamen, si placet ita maiestati tuae, magni primicerii munus illi imperti, quod magno stratopedarchae proximum est." con-



ται οὐδὲν ὄφφικιον παρ' ἄλλου κρατούμενον, εἰ καὶ μειζότε-  
 ρον εἶη· πῶς οὖν καταδέξεται τὸ τοῦ μεγάλου προμικηρίου;  
 ὁμως ἐκ δευτέρου λάλησον αὐτῷ, καὶ ἴδωμεν τὴν γνώμην  
 αὐτοῦ." λοιπὸν αὐθις ἦλθε πρὸς με ὁ μέγας δούξ λέγων "ὁ  
 5 βασιλεὺς ἔφη ὅτι τὸ τοῦ μεγάλου κοντοσταύλου ὄφφικιον, ἐπεὶ  
 ὁ πενθερὸς αὐτοῦ ἔχει τοῦτο, οὔτε σοὶ οὔτε ἄλλῳ τινὶ εὐερ-  
 γητήσῃ αὐτό, ἀλλὰ δώσει σοὶ τὸ τοῦ μεγάλου προμικηρίου,  
 ὅπερ καὶ πρῶτον τούτου ἐστί." καὶ γὰρ εἶπον αὐτῷ ὅτι εἰ καὶ  
 πρῶτόν ἐστι τὸ τοῦ μεγάλου δουκὸς ὄφφικιον, τοῦτο οὐ θέ-  
 10 λω ἀφαιρεθῆναι ἀπὸ ἄλλου καὶ δοθῆναι ἐμοί," καὶ οὕτως  
 διελίθη ὁ σύλλογος. βουλευθέντος δὲ μου μετὰ τῶν συγγε- B  
 νῶν μου καὶ φίλων καὶ οἰκείων περὶ ὧν ὁ βασιλεὺς μοι ἐπηγ-  
 γεῖλατο, καὶ καλῶς πᾶσιν ἔδοξεν ἵνα τὸ συνοικέσιον τῆς ἐμῆς  
 θυγατρὸς γένηται· περὶ δὲ τοῦ ὄφφικίου, ὡς τὸ φέρον φέρη,  
 15 καὶ ἀπέλθω καὶ εἰς Πελοπόννησον καὶ Κύπρον, καὶ σὺν ἐμοὶ  
 ἄρῳ καὶ τὸν ἄριστόν μου υἱὸν τὸν καὶ κρείττονα σχεδὸν εἰ-  
 πεῖν πάντων τῶν σπηλικιωτῶν αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ τῆς κινητῆς  
 μου περιουσίας τὸ πλεόν μέρος, καὶ ἀπελθεῖν ἡμᾶς διὰ ξη-  
 ρᾶς, ὅπως κάκεῖνος ἴδῃ τοὺς τόπους καὶ παιδευθῆσεται εἰς  
 20 πᾶν τὸ χρήσιμον ἐν τῷ βίῳ· καὶ εἰ ἴδωμεν ὅτι ἀμηρᾶς καθ'  
 ἡμῶν βούλεται τι ποιῆσαι, ἐάσω τὸν υἱὸν μου ἐν τῇ Πελο-  
 ποννήσῳ μετὰ τῆς κινητῆς μου ὑπάρξεως παρὰ τοῖς μητρικοῖς

22. μου περιουσίας καὶ ὑπ. P

tra haec imperator: "iam ante tibi dixi, Phrantzen non accepturum  
 dignitatem, quam cum alio communem habiturus sit, etiamsi sit prae-  
 stabiliior: quomodo igitur accipiet munus magni primicerii? verum tu  
 iterum eum conveni, ut cognoscamus voluntatem eius." itaque iterum  
 ad me veniens magnus dux "imperator," ait, "dixit, magni conto-  
 stauli officium, quo ipsius affinis fungatur, nec tibi nec alii cuiquam  
 se daturum, sed ornaturum te esse magni primicerii munere, quod  
 etiam maius illo est." cui respondi, etiamsi maius esset id officium  
 magni ducis officio, tamen non passurum me esse, alii id derogatum  
 in me conferri, atque ita finem habuit colloquium. consultante autem  
 me cum cognatis, amicis et familiaribus de iis, quae imperator mihi  
 proposuerat, omnibus videbatur, ut coniugium filiae meae fieret, de offi-  
 cio autem fortunae me committerem, atque in Peloponnesum et Cyprum  
 proficiscerer et assumpto filio optimo ac, prope dicam, aequalibus suis  
 omnibus praestantiore, et maiore parte opum mobilium, per continentem  
 iter facerem, ut ille quoque eas regiones cognosceret et ad omnem scien-  
 tiam, quae quid habet ad vitam commodi, institueretur; atque, si sen-  
 sissimus, āmeram aliquid adversus nos moliri, filium cum bonis mobili-  
 bus in Peloponneso apud maternos cognatos, in agro futuri affinis mei

μου γνησίους συγγενέσι, τοῖς κατοικοῦσιν ἐν ταῖς χώραις τοῦ μελλογάμβρου μου· εἰ δὲ οὐκ ἔσεται τι καθ' ἡμῶν, ἐπαναστρέψῃ πάλιν σὺν ἐμοὶ ἐν τῇ πατρίδι. ἔνεκεν λοιπὸν τῶν εἰρημένων πασῶν αἰτιῶν, δηλονότι τοῦ συνοικεσίου τῆς θυγατρὸς μου καὶ τῆς μάχης ὑποψίας καὶ τῶν λοιπῶν, ὡς 5 προείπομεν, ἡ σύννευός μου συνεχώρησε τὴν πάλιν ἐξέλευσίν μου. ὡς οὖν τὸ τῆς θυγατρὸς μου συνοικεσίον διωρθώσαμεν, ποιήσαντες τὰ προικοσύμφωνα καὶ ἱερολογίαν τοῦ ἀρραβῶνος, καὶ χαρὰν διὰ τοὺς γάμους ποιήσαντες, πάντα τὰ ἀνάγκαῖα διὰ τὴν ὁδὸν ὠκονομήσαμεν, εἰ μὴ μόνον τὰς βα- 10 σιλικὰς προστάξεις διὰ γραμμῶν προσεδόκουν λαβεῖν. καὶ ἀπελθὼν εἰς τὸ παλάτιον εἰσελήλυθα ἔνδον τοῦ τοῦ βασιλέως κελλίον, ὡς σύνθηθές μοι, καὶ οὐχ εὔρον αὐτόν. περὶ οὗ ἠρώτησα, καὶ ἐρρέθη μοι ὅτι ἐν τῷ τερασάρῳ δωματίῳ ἑτέρῳ πλησίον τοῦ κελλίου αὐτοῦ συνελάλει τῷ ἱερεῖ Ἀντωνίῳ τῷ Ῥοδίῳ. 15 καὶ γὰρ προσμείνας μικρόν, ἰδοὺ ὁ βασιλεὺς ἐξερχόμενος θυμοῦ πνέων λέγει μοι “εἶδες τὸν μεσάζοντα τὸν Νοταρᾶν τί διὰ τοῦ ἱερέως Ἀντωνίου μηνύει μοι;” εἶτα παραλειπὼν τὴν ὕβριν λέγει μοι πάλιν “σὺ ἐξήτησας τὸ ὄφθίκιον τοῦ μεγάλου κοντοσταύλου. ἐγὼ εἶπον τῷ Νοταρᾷ ὅτι οὔτε ἄλλῃ τινὶ δώσω διὰ 20 τινος αἰτίας ὡς εἶπον· ἀλλ' ἔφην αὐτῷ ἵνα δώσω σοι τὸ ὄφθίκιον τοῦ μεγάλου λογοθέτου. ὁ δὲ εἶπέ μοι ὅτι εἰ ὁ Πα-

2. μεγαλογαμβροῦ M    9. χαρὰς M    14. τερασάρῳ P    21. ὄφθίκιον om P

habitantes, relinquerem; sin nihil contra nos nisurus esset, eum mecum in patriam reducerem. ceterum ob omnes illas causas, quos commemoravi, filiae coniugium, suspicionem belli et reliqua, coniux mea, ut supra dixi, denuo me peregre proficisci passa est. postquam igitur filiae coniugium perfecimus, peracta dotis et arrhabonis sponsione, gaudio propter nuptias impleti, omnia ad faciendum iter necessaria providimus, nec iam opus erat, nisi scriptis mandatis imperatoris. palatium igitur et cubiculum imperatoris pro consuetudine mea ingressus, ipsum non invenio. roganti mihi responsum est, colloqui eum in conclavi cubiculo vicino cum Antonio sacerdote, Rhodio. itaque praestolor aliquamdiu, quum ecce prodiens imperator ira incensus me inelamat “nostine,” inquit, “qui a mandatis mihi est Notaras quid per Antonium sacerdotem mihi significet?” deinde remissa superbia, addit “cupivisti tu officium magni contostauli: quod nec alii cuiquam daturum me esse propter causas, quas commemoravi, Notarae edixi: tibi vero daturum me esse magni logethae officium. ad quae ille respondit: si hac te dignitate ornassem, quid futurum esset, quum Palaeologus magnus stratopedarcha id cognovisset. iam hodie misit ad

λαιολόγος ὁ μέγας στρατοπεδάρχης ἀκούσῃ τοῦτο, τί γενήσεται,  
 εἰ σοὶ εὐεργετήσω τὸ τοιοῦτον ἀξίωμα. καὶ σήμερον ἔστειλεν  
 ὃν εἶδες ἐξελεῖν, τὸν ἐν σχήματι καὶ θεωρία ἐπιτήδειον τῷ  
 δὲ τρόπῳ καὶ τοῖ ἄγροικον καὶ ἄνωφελέστατον Ἀντώνιον ἱερέα,  
 5 αἰτῶν μοι ἵνα τιμήσω τοὺς σκαιοτάτους καὶ ἄσυνέτους υἱοὺς  
 αὐτοῦ, τὸν μὲν πρῶτον μέγαν λογοθέτην, τὸν δὲ δευτέρον μέ-  
 γαν κοντόστιαυλον, ἐπεὶ καὶ τοὺς ἐσθῆτας ἐκεῖνος ἄρχει, ὅπερ  
 ἐστὶν ἡ ὑπηρεσία τοῦ αὐτοῦ ὄφφικίου. λοιπὸν λέγω εὐεργε-  
 τήσω αὐτοῖς ἄλλα ὄφφικια μετὰ καιρὸν, οὐ τοσαύτης ἀξίας  
 10 ὅμως, ἀλλ' ἐλάττονα· σὺ δὲ ἔσῃ ἀπὸ τοῦ νῦν μέγας λογο-  
 θέτης. τοῦτο δὲ καὶ μόνον παραγγέλλω σοι, ὅτι διὰ τὰ συμ-  
 βάντα τοῦ καιροῦ καὶ τὰς ποικιλώδεις γνώμας τῶν ἀρχόντων  
 καὶ ἄλλας αἰτίας μὴ προσκυνήσεις με εἰς παράστασιν ἑορτῆς,  
 ὡς ἔξεστι τῷ ὄφφικίῳ σου, εἰ μὴ ὁ Νοταρᾶς γράφει ἐν ταῖς  
 15 πρὸς τοὺς ἀυταδέλφους μου καὶ τὴν ἀνεψιάν μου τὴν ῥήγισ-  
 σαν ἐπιστολαῖς, καὶ ἀπλῶς πρὸς πάντας οὓς μέλλω γράφειν  
 περὶ τῆς ἐκεῖσε ἀποδημίας, σὺ δὲ ἀντιγράψεις πάλιν ἐκεῖθεν  
 πρὸς με καὶ πρὸς πάντας τοῦ οἴκου σου. εἰ καὶ ἐν τούτῳ  
 τῷ μέσῳ ἀκούσωσι οἱ μὴ θέλοντες, καὶ εἰ φανήσεται αὐτοῖς 52  
 20 αὐστηρὸν ἢ πικρὸν, θέλοντες καὶ μὴ θέλοντες καταπίωσιν  
 αὐτό." ἐγὼ δὲ ἀπεκρίθην τῷ βασιλεῖ λέγων "κύριος ὁ θεὸς  
 μακροημερεύσει τὸ κράτος σου. ὅμως δεόμενος παρακαλῶ  
 τὴν ἀγίαν σου βασιλείαν, ἕαν μέλλῃ συμβῆναι δι' ἐμέ τι

2. ὄφφικιον ἢ ἀξίωμα P 3. ἐξελεθόντα P 7. θήτας ἐκεῖνους P

8. εὐεργετηῖσαι P 16. μέλλει γράψαι P

me, quem exeuntem vidisti, habitu et specie idoneum, moribus et ingenio horridum et improbum Antonium sacerdotem, rogans, ut ineptissimos ipsius et stolidos filios, maiorem magnum logothetam, minorem magnum contostaulum creem, quum ille etiam vestimentis praesit, quod proprium eius munus est. attamen consentio, procedente tempore daturum me iis esse alia officia, non tanti tamen ponderis, sed leviora; tu autem dehinc magnus logotheta eris. verum hoc unum te moneo, ut propter temporis eventa et varias procerum voluntates aliasque causas in festorum dierum solennitatibus ne me pro more officii tui adores. quamquam notarius rei mentionem faciet in literis ad fratres meos et cognatam meam reginam, denique ad omnes, ad quos de itinere tuo scripturus sum, ac tu illinc vicissim ad me et quemcunque domus tuae scribens, titulum hunc usurpabis. quodsi interea rem cognoverint, qui invident tibi, quamvis iis durum acerbumque videatur, volentes nolentes eam devoranto." respondi ita imperatori: "deus dominus producat imperium tuum. sed tamen suppliciter rogo sanctam maiestatem tuam, si mea causa ulla futura sit offensio, unde quid detrimenti capiat imperium tuum, un-

σκάμθαιλον δι' οὗ προξενηθήσεται λύπη τῷ κράτει σου, μὴ γέ-  
νοιτο εἰς τὸν αἰῶνα, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ τὸ δέσμα μου ἀφαι-  
ρεσον, εἰ εἰς εἰρήνην καὶ εὐφροσύνην τῇ βασιλείᾳ σου εἴη.”  
ὁ δὲ εἶπέ μοι “ὡς πιστὸς θεράπων εἴρηκας. ὅμως μὴ φρόν-  
τιζε περὶ τούτου οὐδέν· λυποῦμαι γὰρ πῶς μὴ περισχεπτό-5  
μενοι τὰς πρὸς με τσαύτας παρὰ σοῦ θεραπείας καὶ φιλίας  
βαύλονται κατὰ σύγκρισιν τῶν σῶν ταῖς ἑαυτῶν ὑπολήψεσιν  
ἀποπηδᾶν τοὺς προσήκοντας βαθμοὺς τῶν ὀφφικίων. πλήν  
προσκάλεσον ἑνταῦθα τὸν τὰ ταύτης τῆς ὑπηρεσίας ἐμπιστευ-  
θέντα νοτάριον.” καὶ ἐλθὼν ὁ νοτάριος, προστάξας ὁ βασι- 10  
λεὺς εἶπεν αὐτῷ “προεῖπομέν σοι πρὸς τίνα καὶ τίνα ἔδει σε  
γράφειν τὰς τῆς πίστεως ἐπιστολάς, οἷς γράψον ὅτι μέλλουσι  
μαθεῖν τὸ πᾶν ὑπὸ τοῦ μεγάλου λογοθέτου Γεωργίου τοῦ  
Φραντζῆ. καὶ εἰ μὲν ζήσωμεν καὶ πρόσω, γράψεις αὐτὸν  
καὶ συγγενῆ ἡμῶν εἶναι. καὶ εἰάν τιμ οὐκ ἀρέσῃ, ἄκοντες 15  
ὑπομείνωσι, καὶ ἀντι νέκταρος ἢ μυρρεψικοῦ ποτοῦ τὴν χολὴν  
καταπιέτωσαν. εἰ μὴ καὶ σύ, νοτάριε, ἔχε τοῦτο ὡς ἀπόκρυ-  
φον μέχρι ἡμερῶν τινῶν.” καὶ συγκατασκευάσας τὰ πράγ-  
ματα ἔλαβα αὐτά, καὶ προσεδόκουν σήμερον ἢ αὔριον προσ-  
κυνῆσαι τῷ βασιλεῖ ἤγουν λαβεῖν ἄδειαν ἵνα ἀπέλθω. ἰδοὺ 20  
ἔξῃλθε τῆς Ἀνδριανουπόλεως ὁ ἀμηνρᾶς βαδίζων κατ' ἡμῶν.  
καὶ προσμείναντες ὀλίγον ἵνα ἴδωμεν, μὴ ποτε κατὰ τὴν ὁδὸν  
συναντήσῃ ἡμῖν τι ἀπενυκταῖον.

7. αὐταῖς P  
ματὰ P

14. φρατζῆ P  
23. τὸ P

15. εἶναι om P

18. γράμ-

quam ne fiat, quod meditaris, imo potius pellem mihi detrahas, si ad maiestatis tuae tranquillitatem et pacem conducatur.” tum imperator “ut minister,” ait, “fidelis locutus es. sed ne tibi ista res curae sit ullo modo. doleo enim, quod nihil circumspicientes tanta tua erga me officia et obsequia, et tuorum meritorum comparationem affectantes, animis gradus officiorum convenientes transsilire conantur. verum arcesse huc iam munere hoc fungentem notarium.” venientem notarium imperator ita allocutus est: “ante tibi significavimus, quae et ad quos publicae fidei epistolis tibi scribenda sint: his adde, eos totam rem cognituros esse e Georgio Phrantze magno logotheta; ac si vita suppeditaverit, scribes etiam, eundem nobis affinem esse. hoc cui displicuerit, ringatur licet, et pro nectare aut potu aromatico bilem concoquat. at tu quoque, notarie, hoc dies aliquot silentio tege.” rebus deinde adornatis, instructus iis sum atque exspectabam, eo ipso die aut postridie me adoraturum imperatorem et abeundi potestatem accepturum esse, quum subito Adrianopoli egressus ameras adversus nos proficiscitur. itaque praestolati sumus aliquamdiu, ne forte in itinere contingeret nobis quid infaustum.

3. Ἰδὼν καὶ ἀκούων ὁ ἀμφοῦς Μεεμέτης τὰς τοῦ πα-  
 τρός αὐτοῦ νίκας καὶ πολέμους περιφανεῖς καὶ τῶν ἐτέρων  
 αὐτοῦ τρισκαταράτων προγόνων, ἐν ἑαυτῷ ἐφαντάζετο τί ἄρα  
 καὶ αὐτὸς ποιήσει ἄξιον μνήμης. ταῦτα οὖν κατὰ νοῦν λογι-  
 5 ζόμενος βουλῇ κακῇ καθ' ἡμῶν χρησάμενος ἦν, ἵνα πόλεμον  
 ἐγείρῃ κατὰ τῆς πόλεως. ἔλεγε γὰρ ἐν ἑαυτῷ "ἐὰν τὴν πόλιν  
 νικήσω, ὑπὲρ πάντας τοὺς πρὸ ἐμοῦ ἤδη ἐποίησα, διότι αὐ-  
 τοὶ μὲν κατὰ τῆσδε τῆς πόλεως πολλάκις πειρασθέντες οὐδὲν  
 ἐκατώρθωσαν." διὰ ταύτην οὖν τὴν ὑποκεκρυμμένην ἔννοιαν  
 10 καλὸν ἐφάνη αὐτῷ ἵνα κατὰ τὸ τῶν Ἀσωμάτων στενὸν ἄστν  
 κτίσῃ, ὡς προείρηται, ἵνα καταφυγὴν ἔχῃ αὐτὸ περὶ ᾧ ἐμε-  
 λέτα ποιῆσαι, ὅπως οὐδὲν τῶν πλοιαρίων μικρὸν ἢ μέγα δυ-  
 νηθεῖη κατελθεῖν ἐκ τοῦ Εὐξείνου πόντου κατὰ τὴν πόλιν, καὶ  
 ἵνα ῥάδιον ἔχῃ τὸ πέραμα ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς Εὐρώπην.  
 15 θέλων δὲ καὶ βιαζόμενος ἵνα τὰ μελετούμενα ὑπ' αὐτοῦ ἀρ-  
 χὴν λάβωσιν, ἰδοὺ τῇ κς' Μαρτίου τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ ἐνια-  
 κοσιοστοῦ ἑξηκοστοῦ ἔτους ἔλθων ἔπεσεν εἰς τὸ στενόν, ἵνα  
 οἰκοδομήσῃ τὸ ἄστν. ἰδὼν οὖν ὁ βασιλεὺς τὰς πανουργίας  
 αὐτοῦ ἐβουλήθη ἀποκαλύψαι αὐτὸς πρῶτον τὴν μάχην, ὅπως  
 20 αὐτὸν ἐμποδίσῃ. τινὲς δὲ τῶν τῆς συγκλήτου ἱερωμένων τε  
 καὶ λαϊκῶν ἐκώλυσαν τὴν γνώμην καὶ βουλὴν τοῦ βασιλέως, B

1. ἀρχὴ τῶν ὀδύνων καὶ ἀφανισμοῦ ἐσχάτου (ἐσχάτου om P)  
 τῆς βασιλευσύνης τῶν πόλεων MP. addit M συγγραφείσα παρὰ  
 τοῦ Φραντζῆ. ἀκούσας P 12. μικρῶν ἢ μεγάλων M  
 16. ἑξακ. ἐννακ. add Alterus 18. εἰδῶς M 19. τὴν μάχην  
 πρῶτος αὐτὸς P

3. Mehemetes ameras quum patris maiorumque exsecratissimo-  
 rum praeclaras victorias et res gestas videret audiretque, reputabat  
 secum, quid ipse faceret dignum memoria. haec cogitans apud ani-  
 mum suum, malo consilio statuit, ut bellum adversus urbem pararet.  
 sic enim secum ratiocinabatur "si urbem vicero, priores omnes prae-  
 celluero, quoniam illi eam urbem saepe aggressi frustra laborarunt."  
 ex hac occulta cogitatione igitur visum ei est, iuxta Asomatorum an-  
 gustias castrum condere, ut supra monuimus, quo refugium haberet,  
 dum faceret, quae meditabatur, neve ullum sive parvum sive ma-  
 gnum navigium e Ponto Euxino in urbem posset pervenire, utque  
 faciliorem haberet ex Asia in Europam transitum. festinans igitur  
 et instans, ut meditatis a se eventum daret, ecce die 26 Martii anni  
 696o subito invasit angustias, castrum exstructurus. animadvertens  
 astutiam eius imperator, ipse primum bellum commovere ad eum im-  
 pediendum statuit. at quidam senatorii ordinis tum sacerdotes tum  
 laici adversabantur sententiae et consilio eius. "ne commoveatur,"  
 aiebant, "a maiestate tua bellum, donec cognoverimus, quid ille ve-

λέγοντες “μὴ ἀποκαλυφθῆτω ἡ μάχη παρὰ τῆς βασιλείας σου, ἕως ἂν ἴδωμεν τί βούλεται αὐτὸς πράξει. εἰ καὶ τὸ ἄστυ κτίσῃ, ἐν εὐκολίᾳ παραλαμβάνομεν αὐτὸ διὰ τὸ ἐγγύτερον εἶναι ἡμῖν.” ὁ καὶ ἐν ὑστέροις εἶδον τέλειον, καὶ ἀληθῶς ἔγνωσαν ὅτι ἐλπίδες κεναὶ τρέφουσι τοὺς ἀνοήτους. ἐγὼ δὲ 5 ἐναπέμεινα τῆς πορείας ἢ ἠτοιμάσθη, σήμερον λέγοντες ἴδωμεν καὶ αὐριον· καὶ ὅτι διὰ ξηραῶς οὐχ ἀρμόζει, ἐπεὶ ἐπικίνδυνόν ἐστι τὸ πράγμα, ἀλλ’ εὐρήσωμεν πλεύσιμον.

Ἐν Ἰουνίῳ μηνὶ τοῦ αὐτοῦ ἔτους ἰδοὺ ἐδημοσιεύθη ἡ μάχη· καὶ καθ’ ἡμῶν τοῦ στρατοπέδου δραμόντος, ἡχημαλώ- 10 τευσε πάντας τοὺς ἔσωθεν τῆς πόλεως οἰκοῦντας. ἐν ᾧ καιρῷ ἐτελείωσε καὶ τὸ ἄστυ, καὶ ἐν αὐτῷ ᾠκοδόμησε πύργους τρεῖς ἰσχυροὺς, τοὺς δύο μὲν χερσαίους, τὸν δὲ ἕτερον κατὰ θάλασσαν, ὅς καὶ ὀλίγον τι μείζων τῶν δύο ὑπῆρχε. τὸ δὲ τείχων εὖρος ἦν εἴκοσι καὶ πέντε ποδῶν, τὸ δὲ ἔσωθεν αὐ- 15 τῶν εὐρύχωρον ὑπῆρχε τριάκοντα καὶ δύο ποδῶν. εἶτα ἐν μολύβδῳ σκεπάσας τοὺς πύργους, καὶ πᾶν τὸ ἄστυ καλῶς ἀσφαλίσας, καὶ ἐν αὐτῷ φρουροὺς κατέστησε. καὶ ἐν τῇ εἰκοστῇ ὀγδόῃ τοῦ Αὐγούστου ἐγεῖθεις ἐκεῖθεν ἔπεσεν ἐπὶ τὰς σούδας τῆς πόλεως, καὶ τῇ πρώτῃ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς 20 τοῦ ξϞξά’ ἔτους διέβη εἰς τὴν Ἀδριανούπολιν, ὡς φαίνεται, ἵνα ταῖς δύο αὐταῖς ἡμέραις ἴδῃ τὰ τείχη τῆς πόλεως καὶ

1. ἀποκαλυφθῆι P      6. ἥς ἠτοιμάσθη, λέγοντος τοῦ βασιλέως σήμερον καὶ αὐριον ἴδωμεν, καὶ P      9. ἀνὰ τοῦτου τῷ Ἰουνίῳ P  
15. δύο P      16. εὖρος ἦν ὡσεὶ λβ P      19. τὰς σούδας om P  
22. καὶ τοὺς τάφρους καὶ τὰς φρουράς καὶ P

lit. etiamsi enim castrum condiderit, tamen facili opera id expugnabimus, quoniam propius nobis est.” quod postea compererunt planissime, et revera cognoverunt, spe vana pasci amentes. ego autem perseverabam in itineris iam parati consilio. scilicet “hodie,” aiebant, “aut cras videbimus; nec per terram iter facere licet, quoniam periculosa res est, sed navigandi occasionem inveniemus.”

Mense Iunio eiusdem anni bellum commissum est, atque invadente nos exercitu hostili, pro captivis abrepti sunt cuncti suburbani. quo eodem tempore castrum perfectum est, exstructaeque in eo tres turres firmae, duae continentem versus, tertia, illis paulo altior, ad mare. murorum latitudo erat viginti quinque pedum, interius spatium duorum et triginta. easdem plumbo texit et totum castrum bene munivit et praesidio firmavit. deinde vicesimo octavo die Augusti inde egressus, in vallos urbis impressionem fecit, ac primo Septembris anni 6961 Adrianopolim concessit, duobus illis diebus urbis, ut videtur, moenia et fossas, et si quid aliud volebat, speculatus. eodem

τάφρους, καὶ εἴ τι ἕτερον αὐτὸς ἐλογίζετο. καὶ τῷ αὐτῷ  
 φθιοπόρῳ Ὀκτωβρίου πρώτῃ στείλας τὸν Τουραχάνη καὶ  
 τοὺς δύο υἱοὺς αὐτοῦ Ἀχουμάτιν καὶ Ἀμάριν μετὰ πλείστου  
 στρατοῦ ἐν τῇ Πελοποννήσῳ, ἵνα μαχόμενοι κατὰ τῶν δεσπο-  
 5 τῶν τῶν τοῦ βασιλέως ἀδελφῶν κωλύσωσι τοὺς τοιοῦτους  
 ἐμπιδίζοντες διὰ τοῦ πολέμου, ἵνα μὴ δυνάμενοι εἶσαι τὸν  
 τόπον ἔλθωσι πρὸς συμμαχίαν τῷ βασιλεῖ· καὶ οὕτως ἐπροσ-  
 ἔταξεν ὁ ἀμνηρᾶς ἵνα δι' ὅλου τοῦ χειμῶνος ἐμπιδίζοντες  
 αὐτῶς, καὶ μὴ εὕρωσιν εὐκαιρίαν τοῦ ἐλθεῖν βοηθῆσαι τῇ  
 10 πόλει ἅμα τῷ βασιλεῖ τῷ καὶ ἀδελφῷ αὐτῶν. ἐλθόντος οὖν  
 τοῦ Τουραχάνη καὶ τὰ τεῖχη τοῦ Ἰσθμοῦ αὐθις ἀλώσαντος,  
 καὶ ἡμιποτέρων τῶν μερῶν πλείστοι ἀπεκτάνθησαν, λέγω Χρι-  
 στιανῶν καὶ ἀπίστων, μάλιστα ἐκ τῶν Χριστιανῶν, οἳ καὶ  
 εἰς ρυγὴν ἐτράπησαν. αὐτὸς δὲ καταλιπὼν τὴν Κόρινθον  
 15 καὶ διὰ μέσου τῆς νήσου ἐρχόμενος αἰχμαλωτεύων, ἄλλους  
 σκυλεύων καὶ ἀνδραποδίζων, οὓς εὔρε, ἔφθασεν ἄχρι τῆς  
 Ἀρχαδίας ἐπαρχίας καὶ τοῦ Μεσσηνιακοῦ κόλπου, καὶ τὴν  
 ὁδὸν βαδίζων τῆς Ἰθώμης, καὶ πάντα τὸν Μεσσηνιακὸν κόλ-  
 πον ληϊσάμενος ἄχρι τῆς Μαντινείας. ἰδὼν δὲ τὸ τοῦ τόπου  
 20 στεῖρον καὶ δύσχωρον, δι' οὗ στρατὸς οὐκ ἐδύνατο ὁδεύειν  
 ὁμοί πάντες, τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἀχουμάτῃ μέρος οὐκ ἀγενοῦς

2. κ' P 3. ἀχμέτην καὶ θυμέρην P 4. μαχόμενοι ἐμπο-  
 δίσωσι τοὺς δεσπότας καὶ ἀδελφούς τοῦ βασιλέως δι' ὅλου τοῦ  
 χειμῶνος, ἵνα μὴ ἔχωσι καιρὸν ἐπιτήθειον καὶ εὐκαιρίαν τῷ  
 ἀδελφῷ καὶ τῇ πόλει βοηθῆσαι καὶ συμμαχεῖσθαι. ἐλθόντος P 11.  
 ἀναλώσαντος καὶ προσβολῆς γενομένης ἀμφ. P 12. ἀπεκτ. καὶ  
 διὰ τὸ παμπληθεῖς εἶναι τοὺς ἀσεβεῖς οἳ ἡμέτεροι εἰς φυγὴν ἐτρά-  
 ησαν, οὗ δυνάμενοι ἀντιστῆναι τοσοῦτο. αὐτὸς P 15. ἄλλους]  
 ἔλων P 21. ὁμοῦ πάντες om P μέρος τοῦ στρατοῦ δώσας  
 τῷ υἱῷ αὐτοῦ ἀχμέτῃ αὐτῷ τί δεῖ ποιεῖν προσέταξεν. ὁ δὲ P

autunno, Octobris die primo, Turachanem et duos filios eius, Achu-  
 maten et Amarim, cum exercitu ingenti in Peloponnesum misit, ut  
 desptas, fratres imperatoris, bello adorti prohiberent, ne, relictis  
 illis ocis, imperatori auxilio venirent, mandavitque iis ameras, ut per  
 προκινδυνεύσωμεν ἑαυτοὺς ὑπὲρ ἐμαντιῶν καὶ γυναικῶν καὶ τέ-  
 κνων καὶ ὑπὲρ ἐλευθερίας τοῦ γένους καὶ τῆς πατρίδος ἡμῶν καὶ 15  
 D τῆς μεγαλοπόλεως ταύτης, καὶ τὸ μεῖζον, τῆς ἀληθοῦς πίστεως  
 τῶν Χριστιανῶν. τί οὖν ἐὰν μὴ νῦν ἀποθάνωμεν; οὐ τεθνη-  
 ξόμεθα πλέον; ποιήσωμεν τὴν ἀνάγκην φιλοτιμίαν. δράμωμεν  
 πρὸς τὸν κίνδυνον τοῦ πολέμου ὡς οἱ μάρτυρες πρὸς τὸ στά-  
 διον τῶν τυράννων." ταῦτα διαλεγομένων καὶ παροτρυνομένων 20  
 πρὸς ἀλλήλους ἔσπευδον πάντες, καὶ ἠγωνίζοντο ὡς κεκραπα-  
 ληκοὶ καὶ βεβαπτισμένοι ἕξ οἴνου, καὶ ὡς ἕξ συνθήματος ἐκ  
 τοῦ ἐνὸς ἄκρου τῆς πόλεως ἄχρη καὶ τοῦ ἑτέρου ἐν μιᾷ φωνῇ  
 καὶ ὄρμηϊ καὶ κραυγῇ κατὰ τῶν πολεμίων εἰσβάλλουσι, καὶ

### 1. κινήσαντος?

singuli cum armis quibus poterant, alii sine armis, alii cum ensibus  
 et hastis. alii, quibus similia in promptu non erant, tabulis in qui-  
 bus cibum sumebant, et dolii tympanis funibus alligatis pro scutis  
 utebantur. quidam sine his in bellum processere, et lapidibus so-  
 lummodo audacter ac viriliter, aequae ac si armatura varia essent mu-  
 niti, cum hostibus certabant. sic unus cum alio et inter se singuli  
 animose contendebant, et ad pugnam vehementissimam hortabantur.  
 "agite o amici! o fratres! o cives! certemus hodie. vindicemus no-  
 bis ipsis, uxoris, filii sanguinis patriae et magnae huiusce urbis,  
 et quod magis est, verae Christianorum fidei libertatem. nosmet pro  
 nobis ipsis in periculum adducamus. an si nunc mortem non obi-  
 mus, vita in posterum non deficiet? faciamus ut haec necessitas  
 honoris studium videatur. curramus in belli discrimen, quemadmodum  
 martyres ad tyrannorum stadia convolarunt." haec dicendo alius alium  
 adhortari, contendere omnes, decertare, quemadmodum exaturati et  
 vino madidi, et ex composito simul ab uno extremo civitatis ad aliud

σφοδρωτάτου συρραγέντος πολέμου καὶ καρτερωτάτης τῆς μά-  
 χης ἐφ' ἱκανῆς τε τῆς ὥρας πολλοὶ ἐκ τῶν δύο μερῶν ἐλαβώ-  
 θησαν καὶ ἀπέθανον. τὸ δὲ ἀκατάπληκτον τῶν ἀνδρικοτάτων  
 καὶ γενναιοτάτων Ῥωμαίων δειλοὺς καὶ τρεπτοὺς τοὺς Μου- P. 197  
 5 σουλμάνους ἀπέδειξεν. καὶ τοὺς μὲν ἀναβαίνοντας μετὰ τῆς  
 φάλακας ἐπάνω τοῦ ἔξω κάστρου τὰς κεφαλὰς ἀπέτεμον τού-  
 των καὶ πρὸς βασιλέα ἔφερον, τοὺς δὲ Μουσουλμάνους τοὺς  
 ἄλλους τοὺς ἐτροπούσαν τὸ κάστρον καὶ τοὺς πύργους, ἀπέ-  
 κτεινον ἐντὸς εἰς τὰς τρύπας. τὰ δὲ πλήθη τὰ ἄλλα τὰ γε-  
 10 γανρωμένα καὶ ἐπηρμένα τῶν Τούρκων ἐλάβωσαν ἐφόνευσαν  
 ἐδίωξαν, καὶ τὰ πολεμικὰ καὶ μαχιμώτατα τούτων ἔργα ἐπή-  
 ρασι. καὶ μὴ μόνον οἱ στρατιῶται καὶ οἱ ἐπιστήμονες τοῦ  
 πολέμου εἰργάζοντο ταῦτα, ἀλλὰ καὶ τῆς πολιτείας οἱ ἄρχον-  
 τες καὶ τῆς χώρας οἱ ἐπιστήμονες καὶ τὸ κοινὸν ἅπαν καὶ B  
 15 τῶν ἱερέων καὶ τῶν μοναχῶν τὰ συστήματα καὶ τῶν ἀρχιε-  
 ρέων οἱ κρείττονες καὶ πνευματικῶν τῶν ὁσίων οἱ ὀσιώτατοι  
 καὶ τῶν ἔξω χωρῶν οἱ ἄνθρωποι τολμηροὶ καὶ γενναῖοι καὶ  
 περιφρονηταὶ τῶν πληγῶν καὶ τραυμάτων καὶ τῶν θανάτων  
 ἐφάνησαν. ἀλλὰ καὶ γυναῖκες πολλαὶ εἰς ἀνδρὸς θάρσους  
 20 μεταλλαττόμεναι ἐπὶ τοῦ πολέμου τὴν ὥραν φορτικοτάτην  
 ἐκείνην οὐκ ἀπεκρούβησαν, οὐδὲ ὡς γυναῖκες ἐδειλίασαν, ἀλλὰ  
 καὶ μᾶλλον τοῦ πολέμου τὴν ὥραν εἰς τὸ ἔξω κάστρον ἐφθα-  
 σαν, καὶ αἱ μὲν πέτρας εἰς τὸ τεῖχος ἀνέβαζον πρὸς τοὺς πο-  
 λεμιστὰς τῶν Ῥωμαίων, καὶ ἠὺδρεῖωσαν αὐτούς, καὶ ὠθοῦ-

una voce et impetu, clamoreque in hostes irrumpere, et saevissimo proe-  
 lio commisso et dirissimo conflictu ad longam horam multi ex utraque  
 parte vulnerati mortem obire. tandem imperterritus validissimorum et  
 generosissimorum Romanorum animus Musulmanos timore incusso profligavit.  
 eorum qui cum falca ascenderant exterius castrum amputata capita  
 ad imperatorem delata sunt: qui castrum turresque perforabant, inter  
 ipsa foramina contrucidati. examina alia Turcarum superba ac tumida  
 vulneribus confecerunt, in fugam verterunt, eorumque bellica instru-  
 menta ac machinas depraedati sunt. neque tantum milites et pugnis  
 exerciti haec operabantur, sed et rei publicae viri principes et civitatis  
 potiores et sacerdotum universitas et monachorum coetus et antistitum  
 potiores et sanctorum confessorum sacerrimi. externae quoque regio-  
 nis homines impavidi et generosi et plagarum et vulnerum mortisque  
 ipsius contemptores agniti sunt. quinimmo pleraeque mulieres virilem  
 audaciam induentes, horribili illa belli tempestate non se abdid-  
 erant, neque uti mulieres metu percussae sunt, immo eo ipso tempore  
 ad exterius castrum venientes partim saxa Graecis bellatoribus in moe-

σαν αὐτοὺς πρὸς τὴν μάχην καὶ τὸν πόλεμον· ἄλλαι δὲ  
 C ἐκκρατοῦσαν ὡὰ καὶ στουππιά, καὶ τοὺς λαβωμένους ἰάτρευον·  
 ἄλλαι ὕδατα καὶ οἴνους ἐπότιζον αὐτοὺς φλεγομένους τῇ δί-  
 ψῃ ἐκ τοῦ πολέμου· ἄλλαι δὲ τοὺς γνησίους αὐτῶν ἀδελ-  
 φούς καὶ τέκνα καὶ τοὺς ὁμοζύγους κατεμπόδιζον μὴ κατα- 5  
 βῆναι ἀπὸ τοῦ τείχους τοῦ κάστρου καὶ τοῦ πολέμου σχολά-  
 σαι, ἀλλὰ ἀφόβως καὶ ἀκλονήτως καὶ θαρσαλέως πολεμίζειν  
 τοῖς Τούρκοις ἔλεγον. ἀλλὰ καὶ μετὰ προσοχῆς καὶ στρατιᾶς  
 ἐκεῖναι περιεπάτουν ἐκεῖσε. ἐστρατεύοντο δὲ καὶ πρὸς ἀλλή-  
 λας, μία τὴν ἄλλην ἐνουθέτει, καὶ ἔλεγεν “βλέπε μὴ πλη- 10  
 σιάσης τὸ κάστρον τὸ μέγα, ὅτι τῶν Τούρκων αἱ σαγίτταις  
 κρόνου ἐκεῖσε καὶ εἰς τὸ μέρος ἐκεῖνο, ἀλλὰ περιπατεῖτε πλη-  
 σίον εἰς τὸ μέρος τοῦ ἔξω κάστρου, ἵνα σκέπεσθε ὑπὸ τού-  
 D του.” πλὴν ἐλαβώθησαν καὶ τινες μὲ σαγίττας. καὶ οὐδὲ  
 αὐτὸ τὰς ἄλλας ἐθρόησεν ἵνα εἰσέλθωσιν ἐντὸς τοῦ κάστρου 15  
 τῆς πόλεως, ἀλλὰ ἐσπούδαξαν καὶ ἐκεῖναι τὸ δυνατὸν αὐτῶν  
 εἰς τὴν μάχην μέχρι τὸ πέρασ ἰδῶσι τοῦ πολέμου. ἐπεὶ δὲ  
 καὶ πρὸς δυσμᾶς ἐξέκλινε τὸ φῶς τοῦ ἡλίου, καὶ οἱ Ῥωμαῖοι  
 ἀκλονήτως ἴσταντο πρὸς τὴν μάχην τὴν φορικτοιτάτην τῶν  
 Τούρκων καὶ ἠγωνίζοντο καὶ ἀνδρείως, οἱ ἀσεβεῖς ἀπὸ τού- 20  
 των καὶ ἄπρακτοι εὐρεθέντες καὶ αἰσχυρόμενοι καὶ ἠιτημέ-  
 νοι ἀναιδῶς στραφέντες ἔφευγον. καὶ δῆλον ὅτι τὰ πολεμικὰ  
 καὶ μάχιμα τούτων ὅπλα τὰ μὲν πλησίον τοῦ κάστρου τοῖς  
 Ῥωμαίοις ἄκοντες καταλείψαντες, τὰ δὲ μακρότερα εὐρόντες

nia convehere, animos addere, compellere ad conflictum et pugnam, partim ova et stuppam deferentes vulneribus medicinam admovere, partim aqua vinoque ob bellum siti exsiccatos recreare; partim germanos sibi fratres et filios et lecti consortes impedire ne e castris descenderent bellandive finem facerent, sed intrepide inconcussaque et audacter Turcis pugnam intenderent. et hae ipsae attente ordinateque agmine composito per ea loca incedere, alia aliam exhortans ac instruens. “cave” dicebat “ne in magnum castrum proxime veneris: spissae enim eo Turcarum sagittae pervolant et loca infestant. via vestra ad exterius castrum deflectat, ut ab eo contactae tuto agere possitis.” ex his nonnullae telorum ictibus vulneratae non ideo aliis timorem incusserunt, ut in castrum recederent, sed vires omnes suas in pugna illa exantlarent, donec belli finem conspexere. cum porro lumen solis ad occidentem deflecteret, et Graeci in terribili illo cum Turcis conflictu inconcussi starent et viriliter decertarent, impii his praepediti, nihil proficientes, dedecore onusti et summa infamia devicti, fugam arripiunt. notum est bellica eorum instrumenta, ac



τῆ πυρὶ παρέδωκαν. καὶ τέρας ἔδοξε τοῦτο καὶ ἕξαισιον ἔρ-  
 γον, πῶς οἱ ἐπηρμένοι καὶ γαυριωμένοι τὸ πρότερον ἄφνω P. 198  
 κατηρεῖς εὐρέθησαν καὶ ἄχρειοι, καὶ πῶς οἱ πρότερον ἐπε-  
 θύμουν τὸν πόλεμον τῶν Ῥωμαίων ἀπαρπροσοδοκῆτως τὸ  
 5 λοιπὸν ἔφυγον ἀπὸ τούτων. καὶ γὰρ ἀληθῶς τοῦτο ἔργον  
 ἀοράτως ἐπέμφθη ἐκ δυνάμεως θείας. καὶ οἱ Ῥωμαῖοι τοῦτο  
 ἰδόντες διεπλήττοντο μὲν τὸ θαῦμα, ἔχαιρον δὲ τὴν φυγὴν  
 τε τῶν πολεμίων ἐκείνων, καὶ χαίροντες ἔλεγον “ὦ γλυκύτητα  
 ἡμέρας ταύτης καὶ ὥρας, ὦ μεταλλαγῆς θαυμασίας καὶ ἐναλ-  
 10 λαγῆς ἀνεπίστου, ὦ ἀπαρπροσοδοκῆτον ἐλευθερίας καὶ εὐ-  
 φροσύνης, ὦ εὐθυμίας ἀνεκλαλήτου καὶ ἡδονῆς ἀνεκφράστου.”  
 καὶ γὰρ ταῦτα τῶν πολυάθλων Ῥωμαίων λεγόντων ἔχαιρον B  
 ἄμα καὶ σκιριτῶντες εὐθύμουν, τὰς παλάμας ἐκρότουν, καὶ  
 τραιωῶς τὸν θεὸν εὐχαρίστουν, καὶ τὴν παναγίαν ἀνέπεμπον  
 15 ὕμνους, καὶ ἐκ ψυχῆς δοξάζοντες ἔλεγον “τοῦτο τὸ πολυῦμη-  
 τον καὶ πολυθρόυλλητον καὶ ἕξαισιον καὶ ἕξαιρετον καὶ θαυ-  
 μάσιον καὶ θαύματος ἄξιον θαῦμα τῆς παναγίας ἀληθῶς καὶ  
 ἀναμφιβόλως ὑπῆρχεν, ὡς καὶ τὰς μαρτυρίας ἔχομεν παρὰ  
 20 μαρτύρων ἀπαραγράπτων κατὰ τοὺς φιλευσεβεῖς νόμους. φά-  
 σκοντες γὰρ αἱ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρίαι ἀξιοπιστότεραι  
 εἰσιν. ἐπειδὴ δὲ οἱ ἐχθροὶ καὶ πολέμοι ἡμῶν δέδωκαν μαρ-  
 τυρίαν τοιαύτην, πάνν ἐστὶν ἀληθέστατον τὸ θαῦμα τῆς παν-  
 αγίας. ἔλεγεν γὰρ ὁ Μηρσαΐτης ὁ πατριάρχης τῶν Τούρ- C

machinas quae prope castrum erant, ipsos Graecis reliquisse, quae lon-  
 gius aberant, inflammasse. et sane hoc prodigium visum est et inu-  
 sitatum facinus. quanam enim ratione, qui antea superbe se effere-  
 bant iactabantque, repente moesti atque inutiles redditi sunt? et  
 quomodo qui antea impense cum Graecis bellum cupiebant, inexpectata fuga se ab illis subduxerunt? enimvero opus hoc divina virtute  
 eaque invisibili concessum est. et Graeci id intuiti mirum obstupe-  
 scebant, et ob hostium fugam exiliebant gaudio, in laetitiamque effusi  
 dicebant “o suavem hanc diem et horam! o admirandam! o insper-  
 ratam immutationem! o inexpectatam laetitiam! o claritatem! o vol-  
 uptatem, quae verbis exprimi nequit, qua quidquid dixeris minus  
 erit!” his vocibus illi multis certaminibus celebres Romani simul  
 laetari, prosilire, alacres palmas pulsare, et diserte deo gratias agere,  
 laudibus sanctissimam virginem extollere, et ex animo glorificantes  
 dicere “hoc hymnis abundans nominatissimum, memoratum, egregium,  
 inusitatum, admirandum miraculum vere et sine ulla dubitatione san-  
 ctissimae virginis est.” et testimonia nobis de hoc suppetunt testium  
 omni exceptione, ut piae leges praescribunt, maiorum: testimonia  
 enim quae habentur ab hostibus, fide digniora sunt. cum vero ho-

κων ὅτι ἡ πόλις ἐπρόκειτο παρ' ἡμῶν αἰχμαλωτισθῆναι, ὡς οἱ σοφοὶ τῆς Περσίας εἰς τὸν καιρὸν τοῦ Μωάμεθ ἐψηφοφόρησαν περὶ τούτου, καὶ εὔρον ὅτι εἰς τὸ ἔτος καὶ τὸν μῆνα καὶ τὴν ἡμέραν ταύτης τῆς ὥρας ἡ πόλις παρ' ἡμῶν πρόκειται κρατηθῆναι. καὶ ἔμελλε τοῦτο γενέσθαι κατὰ τὴν 5 δύναμιν τῶν ἀστέρων καὶ τὴν τέχνην τῶν ἀστρονόμων. ἀμὴ ἡ γυναῖκα ἐκείνη ἡ ὀξέα φοροῦσα καὶ περιπατοῦσα τοῦ κάστρου καὶ τῶν προμαχιονίων ἐπάνω ἀφόβως τοῦ πολέμου τὴν ὥραν, ἐκείνη ἀντέπραξε τὰς δυνάμεις τῶν ἀστρον καὶ τὴν τέχνην τῶν ἀστρολόγων. πλὴν οὐκ ἀπὸ γῆς οὐδὲ ἔξ ἀνθρώ- 10  
**D**πων τὴν δύναμιν εἶχεν, ἀλλ' ἔξ οὐρανοῦ καὶ ἀοράτου δυνάμεως. ὁμοίως καὶ τὰ στρατεύματα πάντα τῶν Τούρκων ἐσυνεμαρτύρουν ἐνόρκως τὸν Μηρσαίτην ἐκεῖνον, καὶ ἐδιηγοῦντο πρὸς πάντας ὅτι τοῦ πολέμου τὴν ὥραν, ὅταν μὲ θράσους καὶ ὀρμῆς ἀκρατήτου ἔφθασαν εἰς τὰ τεῖχη τοῦ κάστρου, 15 ἵνα ἀναβῶσιν ἐπάνω καὶ διώξωσι τοὺς Ῥωμαίους καὶ τὴν πόλιν αἰχμαλωτίσουν, τότε εἶδον γυναῖκα ὀξέα ὄσκα φοροῦσαν καὶ περιπατοῦσαν ἐπάνω τῶν προμαχιονίων τοῦ ἔξω κάστρου. καὶ ταύτην ἰδόντες, σκότος καὶ ζάλη καὶ τρόμος καὶ φόβος ἄφνω εἰς τὰς ψυχὰς εἰσῆλθε τῶν πάντων, καὶ πρὸς 20 φωνὴν ἔβλεψαν, καὶ εἰς πόλεμον οὐδὲ ὄλωσ, καὶ ἀπὸ δυνάμεώς τε καὶ τέχνης. τῆς γυναικὸς γὰρ ἐκείνης ἔλαβον τὴν δει-  
**P.** 199 λίαν, καὶ ἠλευθερώθη ἡ πόλις. ἐγένετο δὲ ταῦτα κατὰ τὸν

stes atque adversarii nostri hoc testimonio suo constabiliverint, multo verissimum est hoc sanctissimae virginis miraculum. namque Mersaita et patriarcha Turcarum affirmabat propositam tunc illis fuisse civitatem ad praedam, quemadmodum viri docti Persae aetate Mahomethi calculaverant, invenerantque hoc anno mense dieique hora urbem a nobis debellandam esse; et futurum id erat omnino astrorum vi et astronomorum artificio; sed mulierem illam violaceis vestibus amictam, per castrum obambulantem et super propugnacula intrepide, dum pugna initur, vim astrorum obtudisse et astrologorum artificia; quamvis illa non a terra neque ex hominibus, sed e coelo et invisibili potestate vim obtinebat. similiter exercitus universi Turcarum iureiurando Mersaitae dictum confirmabant, et omnibus narrabant pugnae hora, postquam cum audacia et impetu, qui coerceri non poterat, ad muros castri pervenerant, ut ascenderent Graecosque fugarent urbemque caperent, vidisse se mulierem violaceis vestibus indutam, deambulantem super propugnacula exterioris castri; qua visa statim tenebris procella timore ac tremore correptos omnes in fugam se et non ad bellum dedisse, et vi influxuque illius mulieris formidinem sibi immissam et urbem liberatam. haec autem peracta sunt anno

καιρὸν τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ ἑννακισιοστοῦ τριακοστοῦ ἔτους, μηνὸς Αὐγούστου κδ', ἡμέρα δευτέρα, ὥρα τῆς ἡμέρας ἑβδόμη. καὶ παρὰ μὲν ἐλαβώθησαν καὶ ἀπέθανον ἐπέκεινα μιᾶς χιλιάδος, ἐκ δὲ τῶν ἡμετέρων μετὰ ἀληθείας ἐλαβώθησαν μὲν 5 ἐλάττονες ἀπὸ ἑκατόν, ἀπέθανον δὲ οὐ πλείονες τῶν τριάκοντα. καὶ χαίρετε, ὦ φίλοι, χαίρειτε τὸ μὲν τὴν ἐλευθερίαν τῆς πόλεως, τὸ δὲ τῶν Ῥωμαίων τὸ γενναῖον καὶ ἀκατάπληκτον, τὸ δὲ τὸ πανθαύμαστον θαῦμα τῆς παναγίας, καὶ ταύτην ὑμνήσατε δοξολογήσατε, καὶ ὕμνους εὐχαριστηρίους ἀναπέμψατε εἰς τὸ μέγιστον ἔργον τῆς ἐλευθερίας, ἧς εὐεργετήθημεν παρὰ τῆς ἐνδόξου καὶ ἀειπαρθένου μητρὸς τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

3. μὲν] μὲν τῶν Τούρκων?

nongentesimo tricesimo supra sexies millesimum, mensis Augusti vigesima quarta, feria secunda, hora diei septima. ex Turcis quidam vulnerati et caesi sunt supra mille; ex nostris, ut verum fatear, vulnerati sunt minus centum, mortuique non plures quam triginta. et gaudete, o amici! gaudete tum ob liberationem urbis, tum ob generositatem imperterritam Romanorum, tum ob modis omnibus admirandum sanctissimae virginis miraculum. hanc laudate, huic gloriam dicite, et hymnos gratias agentes conficite pro maximo nostrae liberationis opere, quam consecuti sumus a gloriosa semperque virgine matre domini et dei et salvatoris nostri Iesu Christi, cui sit gloria in saecula. amen.



ΙΩΑΝΝΟΥ ΑΝΑΓΝΩΣΤΟΥ  
ΔΙΗΓΗΣΙΣ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΕΛΕΤΑΙΑΣ ΛΛΩΣΕΩΣ  
ΤΗΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS  
1215 EAST 59TH STREET  
CHICAGO, ILLINOIS 60637  
TEL: 773-936-3700  
WWW.UCHICAGO.PRESS.EDU

THE UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS  
1215 EAST 59TH STREET  
CHICAGO, ILLINOIS 60637  
TEL: 773-936-3700  
WWW.UCHICAGO.PRESS.EDU

THE UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS  
1215 EAST 59TH STREET  
CHICAGO, ILLINOIS 60637  
TEL: 773-936-3700  
WWW.UCHICAGO.PRESS.EDU

THE UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS  
1215 EAST 59TH STREET  
CHICAGO, ILLINOIS 60637  
TEL: 773-936-3700  
WWW.UCHICAGO.PRESS.EDU

ΙΩΑΝΝΟΥ ΑΝΑΓΝΩΣΤΟΥ

ΔΙΗΓΗΣΙΣ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΕΛΕΤΑΙΑΣ ΑΛΩΣΕΩΣ

ΤΗΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ

ΣΥΝΤΕΘΕΙΣΑ ΠΡΟΣ ΤΙΝΑ ΤΩΝ ΑΞΙΟΛΟΓΩΝ ΠΟΛΛΑΚΙΣ

ΑΙΤΗΣΑΝΤΑ ΠΕΡΙ ΤΑΥΤΗΣ, ΕΝ ΕΠΙΤΟΜΩ.

IOANNIS ANAGNOSTAE

DE EXTREMO THESSALONICENSI EXCIDIO

NARRATIO,

IN GRATIAM CUIUSDAM LAUDABILIS VIRI, QUI SAEPIUS EAM  
EFFLAGITAVIT, COMPENDIO CONCINNATA.

LEONE ALLATIO INTERPRETE.

α'. Πολλὰ μὲν ἡμῖν πολλάκις καὶ ἄλλα τὸ τῆς ψυχῆς Alatii  
σου φιλόπονον ἀριδῆλως ἐγνώρισεν, ἀνδρῶν ἄριστε καὶ φι- Symmict.  
λομαθέστατε, οὐχ ἦτιον δὲ καὶ ἡ πρὸς τὴν διήγησιν τῶν ἡδῆ p. 318  
τῆ περιφανεῖ τὸ πρότερον πόλει Θεσσαλονικῆ συμβεβηκότων  
5 σπουδῆ σου, καὶ τὸ λόγοις ἡμᾶς συνετῶς ἄγαν ἔχουσι διε- 319

1. **M**ulta equidem nobis saepenumero et alia gnavum tuum  
atque industrium animum palam indicarunt, vir optime et doctrina-  
rum studiosissime; non minus vero erga eorum narrationem quae  
perillustri antea urbi Thessalonicensium contigerunt conatus, et ad  
ea enarranda ponendaque sub oculis, ut nobis licet integrumque est,

γεῖραι, ταύτην ὡς ἂν ἐπίδηλόν σοι κατὰ δύναμιν θέσθαι τὴν  
 ἡμετέραν σπουδάσωμεν καὶ ὡσπερ ὑπ' ὄψιν ἀγάγωμεν. δεί-  
 κνυσι γάρ σου περιφανῶς τὴν ψυχὴν, περὶ τὴν τῶν ἀναγ-  
 καίων ὅπως μάθῃσιν ἔχει, καὶ ὡς ἐκ τοῦ προσέχειν ἱστορίας  
 καὶ λόγοις, οἷς ἄνθρωποι πρὸς τὰ κρείττω σαφῶς μετατίθεν- 5  
 ται, τῶν μελλόντων ὅλη καὶ μὴ μεθισταμένων καθίσταται.  
 πλὴν ἀλλ' οὕτω θαυμασίως οὔσης γε τῆς σπουδῆς, ἐκεῖνο  
 πᾶς ὅστισοῦν εὖ φρονῶν, οἶμαι, τῶν οὐκ ἐπαινουμένων ἂν  
 οἰηθεῖη, ὅτι γε τοὺς εἰς ἄκρον δυνάμεως λόγων ἐλληλακτίας  
 παραδραμῶν, καὶ προύργου παντός τὸ λογογραφεῖν αἰεὶ ποι- 10  
 ουμένους, ἐμοὶ τὴν τοσαύτην ἐγγείρησιν ἀπερισκέπτως ἀνέ-  
 θου, κωθρότητι διανοίας ἀμαθῶς ἀληθῶς ἔχοντι περὶ λόγους  
 καὶ πρὸς πᾶσαν ἡντινοῦν ἀγαθῶν κτῆσιν ῥαθυμοῦντι καθά-  
 παξ. καὶ ταῦτόν οἶμαι πέπονθας ταῖς μελίσσαις, ὅτε τὰς  
 ἀρχὰς ζητεῖν τοῦ μέλιτος κατεπείγονται. παραιρέχουσι μὲν 15  
 γὰρ, ὡς φασι, τῶν ἀνθέων τὰ εὐόσμα, ἐφίπτανται δὲ τῷ  
 θυμῷ, φυτῷ δριμύτητος γέμοντι καὶ λίαν ἀνόσμῳ. ἀλλὰ  
 δεινὸν ἢ φιλία, πάντας ἀπλῶς τοὺς ἐνισχημένους γε ταύτη  
 320 πάντα καὶ λέγειν ὑπὲρ τῶν φίλων καὶ πράττειν πρὸς βίαν  
 κινουῦσα, τὸν παρὰ τῶν πολλῶν ἐπαινον αὐτοῖς προξενεῖν εἰω- 20  
 θυῖα. τοῦτο γὰρ ἦν τὸ καὶ σὲ τοσοῦτον ἡμᾶς ἀναπεῖσαι κα-  
 ταναγκάσαν, τὴν ἐκ τῶν ἀκουόντων ἡμῶν εὐφημίαν ἴσως προσ-  
 γενέσθαι βεβουλημένον, κἀντεῦθεν τῇ φιλίᾳ χαρίσασθαι. ἐγὼ  
 μὲν οὖν βουλοίμην ἂν τὴν σιωπὴν ὡς ἀκίνδυνον μᾶλλον ἐλέ-

prudentia incitamenta. haec namque manifesto pervulgant quo pacto  
 ad necessarias disciplinas dispositus sit animus tuus, et historiis ac  
 sermonibus, quibus homines ad meliora deflectuntur, incumbens, to-  
 tus in futura mutarique nescia plane ingeratur. verumtamen, licet id  
 studium sua laude et admiratione non careat, attamen, quicumque  
 sapit pleno pectore, non illius aestimationis esse ducet, te illis, qui  
 arte dicendi plurimum valent et ante omnia perpetuo scribendo tem-  
 pus insumunt, neglectis, mihi parum considerate, homini segni iner-  
 tique et ad scribendum plane ineptissimo, nec non rebus laudabili-  
 bus comparandis prorsus hebeti, eam provinciam demandasse, consi-  
 milem, ut reor, apibus, quae dum principia mellis emungere compel-  
 luntur, ut tradunt, suave odoratis floribus desertis thymum, herbam  
 acritudine plenam nulliusque prorsus odoris compotem, circumvolit-  
 ant. sed gravis res est amicitia, omnes ab se irretitos omnia ami-  
 corum gratia et agere et dicere vi quadam cogens, et a multis ema-  
 nantem laudem illis conciliare sueta, hoc siquidem te et ad tantam  
 rem nobis persuadendum, praeconia ex auditoribus nobis forte pro-



σθαι καὶ τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν ὡς τὴν ἐμὴν ὑπερβαίνουσαν δύναμιν παραιτήσασθαι πάνυ δικαίως· λαβὼν δ' ἐπὶ τοῦν τῆς ἀπειθείας τὸν κίνδυνον ὅσος, καὶ διὰ τοῦτ' εἰς ἀνάγκην συνελαθεὶς ἀπαραίτητον, δεῖν ἧμῖν ἑτοιμον ἑμαυτὸν παρ-  
 5 ρασχεῖν σου τῇ ἀξιώσει καὶ σου τοῦπίταγμα πεπληρωκέσαι ὡς δύναμις. ἀπειδήπερ ἐπικλινῆς ἐγὼ καὶ εὐγνώμων πρὸς τὸ ζητούμενον ὥφθην σοι, καὶ σὴν χάριν ὧν οὐκ ἐβουλόμην κατατετολμηκέσαι προήρημαι, δίκαιον ἂν εἴη καὶ σὲ τῆς ἐγχειρήσεως ταύτης ἡμῖν ταῖς εὐχαῖς συνεφάψασθαι, ἵν' ὀδη-  
 10 γηθέντες, καὶ δύναμιν ἐσχηκότες λόγου καὶ διανοίας ὀξύτητα, τῆς σῆς φανῶμεν ἄξια ἐπιθυμίας ἐργάσασθαι καὶ μηδὲ τὴν ὑπόθεσιν καθυβρίσωμεν. παρακαλῶ δὲ καὶ πάντας τοὺς ἐν-τενυζομένους τῷ πάσης ἀμουσίας πεπληρωμένῳ τῷδε συγγράμματι συγγνώμην ἡμῖν παρασχεῖν ἐξ ἐτοίμου, τὴν ἡμετέραν εὐ- 321  
 15 πείθειαν ἀποδεξαμένους. οὐ γὰρ δυνάμει λόγων τεταραχηκότες ἐπὶ τοῦτο προήγημεθα, ἵνα καὶ μέμψιν σχῶμεν δικαίως παρὰ τοῦ βουλομένου παντός (πολλοῦ γε καὶ γὰρ δέομεν τοῦ λόγους εἰδέναι καὶ τούτοις γε χρῆσθαι κατ' ἐπιστήμην θαρρεῖν), τῇ δ' ἐπιταγῇ τοῦ προστεταχότος ἡμῖν, καὶ τῷ μὴ μέμψιν ἔχειν εἴ τις τὴν ἑαυτοῦ πρὸς τι τῶν ἀναγκαίων ἐνδείκνυται δύναμιν, ἀνέγκλητον εἶναι οἰόμενοι πανταχοῦ τὸ πάνθ' ὄντινοῦν μὴ πρὸς ἐπίδειξιν, πρὸς δὲ τὸ μὴ τάφῳ σιγῆς πα-

3. ἀπαθείας A (i. e. editio Leonis Allatii) 11. ἄξιοι A

curantem indeque placita amicitiae conferentem, compulit. ego porro silentium tanquam minus periculosum elegerem, et praesens argumentum veluti vires meas exsuperans alio, nec immerito, amandassem; sed mente revolvens quae sint contumaciae pericula, proptereaque inevitabili vi constrictus, necessarium mihi duxi memetipsum petitioni tuae tradere mandatumque tuum pro viribus adimplere. et dum ego proclivis et obsequens efflagitatis obtempero, et tui gratia, a quibus mihi longe animus est, aggredi praesumo, iustum fuerit te quoque in partem similis laboris precibus atque supplicationibus ad deum venire, ut directus et dicendi facultate instructus et acumine ingenii fultus dignum quidpiam tuo desiderio persolvam, argumentumque infamia non aspergam. rogo vero universos qui haec percurrerint, elingui planeque rudi commentario, nostrum obsequium prompte amplexatos, veniam dare. neque enim dicendi facultate confisi ad hoc devenimus; tum enim, et iure, insimularemur a quolibet, cui id complacitum fuerit; nam quam longissime a sermonibus eorumque scientia absumus; tantum abest ut cate eorum usum nobis promittere audeamus; sed imperanti obtemperantes, et quod accusationi non subsit si quis propriam facultatem ad aliquid ex necessariis expediendum experia-

ραπέμπεσθαι τὰ πρὸς ἀκροασιν ἄξια, τοῖς κατὰ δύναμιν ἐγχειρεῖν λόγοις ἐκάστοτε. ποιήσομαι δὲ τὸν λόγον ἀπλοῦν τε καὶ εὐληπτον, ἀλλὰ δὴ καὶ συνεσταλμένον ὡς τὰ πολλὰ κατὰ τὸν σὸν λόγον, τὰναγκαῖα μόνον περιλαβὼν, καὶ ὅσα δὴ παρθεύετα ζημίαι σοι λογισθήσεται πρὸς ἀκροασιν κε-5  
 χηνότι.

β'. Εἰ μὲν οὖν τις ἐτύγχανες ὢν τῶν οὐκ εἰδότεων τὴν πόλιν, τὰ καθ' ἑαυτόν τε ἠγνόεις αὐτῆς ὡσπερ οἱ πρῶτον ἐξ ἀλλοδαπῆς εἰς ἑτέραν μετοικήσαντες πόλιν, ἕως ἂν τὸ τοῦ χρόνου μῆκος, ταύτην αὐτοῖς κατὰ μέρος γνωρίσειεν, ἐδεύμην 10  
 322 σὴν διαφύγη γνώσιν. ἐπεὶ δὲ πρὸς θρέμμα ταύτης τὸν λόγον ποιοῦμαι καὶ ἀκριβέστερον ἢ πολλοὺς ἄλλους τὰ κατ' αὐτὴν ἐγνωκότα, μάτην οἱ μακροὶ περὶ τούτων λόγοι καὶ ἡ περὶ τῆς θέσεως μεγέθους τε καὶ κάλλους καὶ τειχῶν ἀσφαλείας καὶ 15  
 προσέτι τοῦ εὖ κεκρᾶσθαι καὶ τῶν ἄλλων ἀκρίβεια, καὶ μάλοισθ' ὅτι πρὸ μακρῶν ἐτῶν τὰ περὶ τῆς πόλεως ἕτεροι φιλοπόνως ἄγαν δυνάμει λόγου καὶ ῥητορικῆς εὐγλωττίας δεινότητι ἠκριβωμένως ἐξέθεντο, καὶ μετὰ τὴν πρώτην πασῶν εἰπεῖν λαμπροτέραν πολλαῖς ἀποδείξεσιν ἀποφῆναι ταύτην 20  
 ἐσπούδασαν. ἐκείνοις δ' ἑμαυτὸν ἔγωγε μόνον διηγουόμενος δώσω, ὧνπερ ἡ πόλις ἐν τῷ τῆς νῦν ἀλώσεως χρόνῳ πεπεύρατο,

tur, crimine vacare existimantes quemcunque, non sui ostentandi causa, sed ne quae digna auditione reputantur silentii tenebris involvantur, singulis horis, ut facultas est, scripto tradere. erit itaque sermo simplex ac facilis et ut plurimum, dum sic admones, compendiosus, necessaria tantummodo complectens; quae vero tacuerit, a te, qui dicentis orationem auribus devoras, inter damna reputabuntur.

2. Si quis itaque esses rerum urbis imprudens ignarusque omnium, quemadmodum qui primum ex alienis regionibus peregrinantes, terrarum in quas appellunt infantissimi sunt, donec decursu temporis singula illius addiscant, prolixis mihi opus esset sermonibus, ne quid eorum quae in urbe sunt tuam scientiam fugeret: verumtamen cum ad illius alumnus sermonem dirigam eumque qui prae aliis multis accuratius res illius callet, frustra hic verbosi sermones instituerentur, deque illius situ, magnitudine, pulchritudine, murorum securitate, nec non optima aëris temperie, aliorumque ratio exquisita proponeretur; eoque potissimum quod ante plerosque annos alii res urbis quam maxime studiose, et dicendi facultate et eloquentiae Atticae luminibus, docte exacteque prosecuti, post reginam omnium, ut ita dicam, illustriorem multis demonstrationibus declarare conati sunt.

καθάπερ ἔφησθε καὶ σὺ πρὸς ἡμᾶς, μικρὸν πρὸ ταύτης ἀπάραι  
ἐνθένδε, καὶ διὰ τοῦτο τὸ κακὸν οὐκ εἰδὼς ἀκριβῶς ὅπως  
κεχώρηκε. τὰ τῶν Λατίνων γὰρ οἶδ' ὅτι καὶ αὐτὸς οἶσθα  
σαφέστατα τῇ πόλει παρὼν καὶ καθ' ἐκάστην ὕρῶν τὰ γι-  
5 νόμενα.

Ἐπασχεν οὖν τῶν Λατίνων κρατούντων ἡ πόλις ὡς οἶ-  
δας, καὶ ὁσημέραι θλίψεις ἡμῖν ἐπήγοντο πανταχόθεν, καὶ  
λόγων πολλῶν παρ' ἐκάστοις πῶς ἂν ἀνεθείμεν γιγνομένων  
τρόπος ἦν οὐδ' ὀπισθοῦν ὁ τούτων ἡμᾶς τῶν δεινῶν ἀπαλ-  
10 λάξων. οὔτε γὰρ οἱ Τοῦρκοι τοῖς Λατίνοις ἐβούλοντο σπεύ- 323  
σαισθαι πολλάκις πρεσβευσαμένοις περὶ τούτου καὶ δεηθεῖ-  
σιν, οὔθ' ἡμῖν ἐξῆν προᾶξαι τὸ κατὰ γνώμην, ὀλίγοις ἄγαν  
καθεστηκόσι καὶ ἀνισότητι γνώμης ἀποβεβληκόσι τὸ ὁμονοεῖν,  
ὡς ἄρα καὶ σοὶ γνώριμον τοῦτο σὺν ἡμῖν γε ὄντι καὶ  
15 τῶν δεινῶν ἐκείνων τοῖς ἄλλοις παραπλησίως εἰληφότε τὴν  
πεῖραν.

γ'. Οὕτως οὖν ἡμῖν ἔχουσιν, ὅσαι τε ὄραι μυρία τὰ  
χαλεπὰ φέρουσι καὶ τὴν σωτηρίαν ἀπαγορεύουσιν, κακὸν ἐξ-  
αίφνης ἐπῆλθεν ἕτερον καὶ στεροτέραν εἰπεῖν ἀδάμαντος  
20 πλῆξαν ψυχὴν. τὸ δ' ἦν ἡ τοῦ καλοῦ ποιμένος καὶ κατὰ τὸν  
πρωτόν ποιμένα τὴν ψυχὴν ἐφ' ἐκάστης ἀφειδῶς ὑπὲρ τοῦ  
ποιμνίου τιθέντος κατὰ θεῖον βούλημα τελευτή, ἐν καλῷ μὲν

ipse vero ea solummodo complectar, quae haec civitas hoc sui excidii tempore passa est, tuque nobis paulo ante quam ex ea discederes insinuaras, proptereaque infortunii quod eam oppressit non admodum gnarus, res siquidem Latinorum tu etiam, cum in urbe quotidie quae gererentur conspiceres, optime (nec fallor) tenes.

Urbs itaque in Latinorum dicionem redacta, cum, ut tu cate nosti, tantum malorum sustineret et diris quotidie exitiis undique confertis afflictaretur, et sermones multi conferrentur quonam pacto ex tot malis emergere possemus, nullum remedium occurrebat, nec aderat Aurruncus. neque enim Turcae cum Latinis foedus iniere, licet saepius legatione missa id pertentassent, supplicesque etiam rogassent; neque erat in nostra potestate, copiis nostris in angustum oppido coactis et discordantibus votis ab unanimi sententia convulsis, aliquid agere, ut tute etiam nosti, qui una nobiscum eras, malorum perinde atque alii expertus.

3. Cum itaque res nostrae ita se haberent, et singula momenta innumeras prope noxas inferrent, deque salute desperaremus, malum aliud repente irrupit, et validiorem adamante animum disiiciens, boni scilicet pastoris et, aequae ac primus pastor, quotidie profuse animam ponentis, divino consilio obitus, illi quidem fortunate succedens, no-

ἐκείνῳ γεγενημένη, βλάβος δ' ἡμῖν ἐπενεγκοῦσα πολὺ, τῶν ἐκείνου λιτῶν πρὸς Θεὸν στερηθεῖσιν, αἷς ἐσωζόμεθα. ὅτι δὲ κατὰ θεῖαν αὐτῆ βούλησιν ἦν, ἄκουε τοῦ φανέντος τῷ μακαρίῳ περιόντι κατ' ὄναρ ἐκείνῳ. ἔδοξε πρὸ τοῦ τὴν πόλιν τῷ πολέμῳ ληφθῆναι οἶκόν τινα λαμπρὸν εἰσιέναι καὶ παμμε- 5 γέθῃ, περισκοπεῖν τε αὐτὸν κατὰ μέρος καὶ θαυμάζειν αὐτοῦ 324 τὸ τε κάλλος καὶ μέγεθος, ἐν τούτῳ δ' ὄντι φωνὴν ἔξωθεν ἐνεχθῆναι λέγουσαν "ὁ μὲν οἶκος οὗτος, οὗ τὰ καθ' ἕκαστον, ὃ δέσποτα, ὡς λίαν λαμπρὰ καὶ ὠραῖα θαυμάζεις περιαθρῶν, πίπτει τὸ τάχος, καὶ ἵνα μὴ σε καλίψῃ πεσῶν, ἔξιθι τούτου 10 ταχέως." οὕτως εἶχεν ἢ ὄψις, καὶ εἰς ἔργον ἦκεν οὐκ εἰς μακράν. ἐκεῖνος μὲν γάρ, ἵνα ἀναφανῆ δίκαιος καὶ τῶν πολλῶν τῆς ἀρετῆς ἐκείνου καμύτων λάβῃ τὰς ἀντιδόσεις, εἰκότως οὕτω καὶ πρὸ τῆς κοινῆς συμφορᾶς, πρὸς ὃν ἐπόθει κύριον ἔξεδήμησεν. οὐ γὰρ δίκαιον τοῦτο παρὰ Θεῷ κέκριτο, 15 τοιούτων ἵνα κακῶν πεῖραν σχῆ καὶ κοινωνήσῃ τῶν ἴσων ἡμῖν. ἀνόμοιος γὰρ ἦν τοῖς ἄλλοις ὁ βίος ἐκείνου καὶ ἐξηλλαγμένοι αἱ τρίβοι, τὸ Σολομῶντος εἰπεῖν. ἡμεῖς δὲ κακίας γέμοντες ὅλως, καὶ ὀπίσω τῶν ἐνθυμημάτων τῆς καρδίας ἡμῶν τῆς πονηρᾶς, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ Ἰερεμίου, πορευόμενοι, καὶ 20 κατὰ τὸν πάλαι γογγυσταὶ τυγχάνοντες Ἰσραήλ, κατὰ τὴν ἡμετέραν ἐπιθυμίαν ἀπολαύειν ὅπως οὐκ ἔχωμεν τῶν πραγμάτων, δικαίως οὕτω πεπράγαμεν δυστυχεστάτα, καὶ τούτου

his vero damna, eaque ingentia, concilians, qui illius ad deum precibus, quibus salutis nostrae providebatur, privamur. et divino consilio illum contigisse coniciēs ex illis quae illi adhuc superstiti inter somnandum evenerant. visus est sibi, antequam urbs bello concideret, domum praeclaram et maximam ingresso, singulas illius partes inspicere et decora ac magnitudinem magnopere demirari; his intentum vocem, deforis advenientem inaudisse "domus haec, cuius partes singulas illustres atque venustas considerans admiraris, actutum concidet; et ne te sua ruina opprimat, quam cito foras eripe te." visum hoc effectu non multo post comprobatum est. ille etenim ut iustus appareret et virtutis suae multorum laborum praemia referret, sic uti par erat, et ante commune infortunium, ad deum, quem tantopere concupiverat, migravit. neque enim iustum apud deum reputabatur similitum malorum eum participem fieri, vita siquidem illius non erat similis aliis, et semitae immutatae, ut cum Salomone loquar. nos vero improbitate plane repleti, et in cogitationibus cordis nostri pessimi ambulantes, ut Ieremias inquit, et perinde atque antiquus Israel murmurantes, ut nobis allubescit, rebus non succedentibus, iure merito mala ac solida calamitate mactamur, et tali viro orbamur

τάνδρὸς ἑστερήμεθα, μόνου περιλειφθέντος ἐν τοιούτοις και-  
 ροῖς καὶ τοσοῦτοις ἀνισοῖς εἰς παραμύθιον. πάντες γὰρ 325  
 ὡσπερ τινὰ δύναμιν ζωτικὴν ἐν ἡμῖν ἐνομιζομεν τοῦτον, καὶ  
 τὴν τελευτὴν ἐκείνου μηδὲν ἄλλο νομίζειν εἶχομεν ἢ τῆς ἐφ'  
 5 ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ δικαιοτάτης παιδείας οἷον προοίμιον. τοῦτο  
 τῶν κατειπεῖν ἠρημένων ἐκείνου σαφέστατος ἔλεγχος, καὶ τοὺς  
 ἀδικίαν κατ' ἐκείνου λαλοῦντας ὅτι μὴ προδοσίαν ἐσκέψατο,  
 μηδὲ τῶν σφίσι δοκούντων συνιέντας βαθύτερον, ἐνδίκως ἐπι-  
 στομίζει. οἶμαι γὰρ ἐγώ, δεῖξαι βουλευθεῖς ὁ Θεὸς οἷος μὲν  
 10 ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος ἀνὴρ καὶ τίνων ἄξιος ἦν, οἷοι δ' ἡμεῖς καὶ  
 τίνας εἰσπραχθῆναι δίκας δίκαιοι ἦμεν, διὰ τοῦτο τὰ καθ'  
 ἑκάτερον μέρος οὕτως ἠκονόμησε συμφερόντως.

δ'. Τοῦτου οὖν τοῦ δεινοῦ, τῆς τελευτῆς ἐκείνου φημί,  
 προστεθειμένου τοῖς ἄλλοις, καὶ πάντων τῶν ἐν τῇ πόλει,  
 15 ἀνδρῶν γυναικῶν παίδων Λατίνων τε καὶ αὐτῶν Ἰουδαίων,  
 ἐλεινωῶς πρὸς ἀλλήλους διομιλούντων, καὶ τὰ μὲν ἄλλ' ὅσα  
 τούτους ἐπέεξε δηλονότι τῇ λήθῃ παραπεμπόντων, τὴν τοῦ  
 ποιμένος δὲ στέρησιν ἐπὶ νοῦν λαμβανόντων καὶ συνεχῶς προ-  
 φερόντων, τῆς τοῦ Θεοῦ τε παιδείας, ὡς προῦφην, καὶ τῆς  
 20 γεγεννημένης ἀλώσεως καὶ λεγόντων σημεῖον τοῦτο καὶ πιστευ- 326  
 ὄντων, — οὕτως οὖν διατεθέντων, καὶ ὀλίγου δὴ τινος ἐν τῷ

2. εἰς om A    13. τοῦτ' A

qui solus afflictissimis hisce temporibus in tantis rerum discriminibus solatium remanserat, omnes siquidem eum uti vitalem in nobis facultatem reputabamus, illiusque mortem tantummodo ducebamus adversus nos iustissimae numinis punitiois exordium. hoc eos redarguit apertissime qui indigna dicta in eum ingerunt et infamia onerant, quod proditorem non suaserit, et quod eos propriis consiliis, altius quidpiam meditatus, iure represserit. opinor equidem ego, cum vellet deus ut omnibus innotesceret quis vir ille sacer esset et quorum dignus, qui vero nos et quibus poenis obnoxii, quibus miseris iuste excrucianti, id propter res utriusque in rem utriusque dispouisset.

4. Itaque tam diro malo, obitu nempe illius, ceteris adnexo, et omnibus in civitate viris mulieribus pueris, Latinis, Iudaeis quoque ipsis, miserandum in modum sermonem conferentibus, et reliqua omnia quae eos tum affligebant e memoria deponentibus, pastoris tanti privationem in mentem revocantibus et saepius proferentibus, asserentibusque, ut iam innui, et non temere credentibus indicium illud esse et divinae punitiois et subsequi excidii; hoc, inquam, statu rerum, cum modicum tempus interim processisset, in peius quam antea ruere omnia, magna confusio animos occupare, cum alia alii

μεταξὺ παρεληλυθότος τοῦ χρόνου, χειρόν ἢ πρότερον ἔσχε  
 τὰ πράγματα, καὶ σύγχυσις πανταχοῦ, ἄλλων ἄλλα βουλευο-  
 μένων καὶ μηδὲν ἐν ταύτῳ συνελθεῖν δυναμένων· καὶ παρα-  
 πησιόν τι τοῖς ἐπὶ νηὸς χειμαζομένης ἐπάσχομεν, ὅταν ὁ κυ-  
 βερνήτης ἀπῆ· πάντα γὰρ ἐκεῖ ταράχου μεστά, καὶ ἡ ναῦς 5  
 οὐκ ἔχουσα τὸν ἰθύνοντα ταῖς τῶν ἀνέμων βίαις τοῦ πρόσω  
 χωρεῖν ἀκινδύνως οὐ συγχωρεῖται. τῶν μὲν οὖν δὴ πλειό-  
 νων δυσχεραίνόντων ὅτι μὴ σφίοιν ἔξῃν προδοῦναι τὴν πό-  
 λιν τοῖς Τούρκοις, δεδιότων ἴσως ὃ γέγονεν ὕστερον, ἄγγελος  
 ἦκε τὸν Μουράτην ἐφ' ἡμᾶς κεινηῖσθαι μηνύων, πλείστον 10  
 ὄσον στρατὸν συναγείραντα, καὶ διὰ πάντων καλῶς παρεσκευα-  
 σμένον. τοῖς μὲν οὖν δεκτέα πῶς ἔδοξεν ἡ ἀγγελία καὶ πι-  
 θανή, τοῖς δὲ μή, καὶ μάλιστα Λατίνοις, εἴτε μεγαλοψυχεῖν  
 προσποιουμένοις, εἴτε πείραν οὐκ ἐσχηκόσι τῶν Τούρκων, ᾧ  
 καὶ μᾶλλον ἔγωγε πείθομαι. πόθεν γὰρ εἶδησις τούτοις ἐν 15  
 θαλάττῃ καὶ γεννωμένοις καὶ εἰς γῆρας διαιωμένοις, πρὸς  
 327 συμπλοκάς τε καὶ μάχας, αἷς τὸ τῶν Τούρκων κέχρηται γένος,  
 ἔχουσιν οὐκ ἐπιτηδείως, καὶ μηδὲ δυναμένοις ἢ διὰ τριηρῶν  
 ἀπελθεῖν εἰς ὑπερσορίαν, ἢνίκ' ἂν καὶ ἔνθα βούλοιντο; μικρὸν  
 τὸ μεταξὺ, καὶ πάλιν ἕτερος ἄγγελος, ταυτὰ τῷ προτέρῳ καὶ 20  
 αὐτὸς διαγγέλλων, καὶ τοὺς λόγους ὄρκοις πιστούμενος ἀσφα-  
 λέσιν, ἐφ' οἷς ἐπειόθημεν μὲν ἡμεῖς, μηδὲν ἄλλο παρ' αὐτὸ  
 προσδοκῶντες (τοῦτο γὰρ ὁ πολυετὴς ἡμᾶς ἐδίδασκε συγκλει-

decernerent nec possent in unam sententiam convenire; nosque illis qui in navi adversis tempestatibus utuntur cum gubernator abest, non absimiles, variis rerum fluctibus iactari. namque ibi omnia sunt barbarum plena, et navis, spoliata rectore ac vi ventorum concussa iter suum continuare absque discrimine non permittitur. cum ergo plerique aegre ferrent non concedi sibi Turcis urbem dedere, eventum postmodum secutum perhorrescentes, nuncius advenit Muratem adversus nos iter capessere, quamplurimis copiis et rebus aliis omnibus instructissimum. quidam nuncio fidem esse adhibendam dicunt; negant alii, et Latini potissimum, sive magnanimitatem simulantes, sive Turcarum, quod credibilis videtur, inexperti. namque unde illis, in mari genitis et ultimo etiam aetatis tempore vitam agentibus, nec non ad conflictus et pugnas, quibus Turcarum gens utitur, ineptis, nec valentibus cum triremibus alio extra suos fines, ut illis allubescit, divagari, cognitio venerit? exiguum abiit tempus; et rursus alius nuncius eadem quae primus denunciat, et iureiurando fidem alligat suam; quo nos persuasi sumus, nihil aliud exspectantes: hoc enim nostri per multos annos in angustum contractio resque ipsae

σμός καὶ τὰ πράγματα), ἐπέισθησαν δὲ καὶ Λαῖνοι, καὶ πρὸς παρασκευὴν δεῖν ἔδοξε τοῖσι διεγχεῖσθαι.

ε'. Καὶ δὴ πρῶτον μὲν, οὐπερ ἤρξαντο πρότερον ἔργον, πρὸς τελείωσιν σπουδαιότερον διετέθησαν. τὸ δ' ἦν ἡ περὶ 5 τὰς ἐπάλξεις αὐτῶν ἐπιμέλεια. μικρὸν γὰρ πρόσθεν διὰ φροντίδος πολλῆς πεποιήκεσαν τὰς ἐπάλξεις τοῦ τείχους παντὸς διαφράσαι σανίσιν, ὡς ἐν ἄσπίσι, τοὺς μὲν ἔξω πολεμίους ἀπειρογούσαις τοῦ βέλεσι τιτρώσκειν τοὺς ἔνδον δεῖσαν προκῦψαι, τοῖς δ' ἐπὶ τῶν τειχῶν ἰσταμένοις πολλὴν τὴν ἄδειαν 10 παρεχούσαις ἀφανῶς λίθοις ἄνωθεν βάλλειν τοὺς ἐπιόντας καὶ τῷ προστυχόντι παντὶ προσπελάσαι τοῖς τείχεσι βουλή-328 θέντας. ἔπειτα δὲ δεῖν ἀριθμῆσαι τοὺς ἄνδρας ὥρθησαν καὶ καταμαθεῖν εἰ πρὸς τὰς τοῦ ὅλου τείχους ἐπάλξεις καὶ τὸν περίβολον τὸν πρὸς ἡπειρον ἔξαρκουσι. καὶ δὴ στήναι πάν- 15 τας ἐπὶ τῶν τειχῶν μεθ' ὧν εἶχεν ἕκαστος ἐπιτρέπουσιν ὄπλων, ὡς ἂν καὶ μάστιγας τοὺς ἰδίους ἔχουσιν ὀφθαλμούς. οὗ δὴ γεγονότος ἦν ἰδεῖν ἐπὶ δύο καὶ τρεῖς ἐπάλξεις ἕνα ἄνδρα ἰστάμενον, καὶ τούτων τοὺς πλείους μεθ' ὄπλα ζεκτημένους (προανάλωσε γὰρ ἡ πενία) μήτε πρὸς μάχην ἐπιτηδεύουσιν 20 καὶ πόλεμον· τοῖς γὰρ συνεχέσι κακοῖς καὶ τῇ περὶ τὸ ζῆν ἀπορίᾳ περιήρηται καὶ τὸ δύνασθαι. οἱ Λαῖνοι δ' ὁμως οὐκ ἔχοντες διαφράσασθαι (ἄνδρας γὰρ ἑτέρους μαχίμους οὐκ

2. τούτους A

8. τοὺς A

9. τοὺς A

πολλὰ A

clamabant. credidere et Latini; visumque est illis, solícite necessaria praeparare.

5. Et primum quidem, quod antea inchoaverant opus, propugnaculorum dumtaxat curam perficere concitatius animantur. paulo enim ante summo cum labore ac nimio opere accurarunt ut murorum propugnacula, adinstar scutorum, tabulis obserarent, quae advenas hostes impedirent ne sagittis cives, si quando opus esset capite emergere, vulnerarent, iis autem qui muris insisterent facultatem uberem facerent clam e superiori parte saxi advenientes impetere admotosque ad muros obvio quoque repellere. deinde numerandos esse viros decernunt, ut discant an ad omnia murorum propugnacula et circuitum ad mediterranea vergentem sufficiant; et sic omnes in muris, suis quemque armis instructum, stare imperant, ut ad id testibus propriis oculis uterentur. quo facto conspiciebatur in duobus et tribus propugnaculis unus tantum; eorumque potior pars neque arma gerere, quae paupertas absumpserat, neque pugnae aut conflictui apta; assidua namque mala et vivendi egestas vires insimul extinxerant. Latini nihilominus, cum rei providere aliter non possent (neque enim alios viros bellatores praeter accolae urbis possederant),

εἶχον παρὰ τοὺς ὄντας τῇ πόλει) δεῖν ἐξ ἀνάγκης ᾔοντο πάν-  
 τας γοῦν ἐτοιμῶς ἔχειν πρὸς πόλεμον. μεταοιῆσαι δὲ καὶ  
 τὴν ἀγορὰν πρὸς φυλακὴν ἀκριβεστέραν τῆς πόλεως δεόν κε-  
 κροῖασιν, εἰ καὶ πέρας ἴσως τοῦτο λαβεῖν οὐκ ἔσχεν, ἐπιθε-  
 μένων αἴφνης τῶν πολεμίων καὶ θᾶπτον ἢ πάντες προσεδου- 5  
 κῶμεν. "ἂν γὰρ τὴν πόλιν" ἔφησαν "κυκλώσωσι μὲν οἱ πο-  
 λέμιοι καὶ τοῦ πολεμεῖν συνεχῶς γίνονται, ἡμεῖς δὲ πρὸς τὴν  
 329 ἀγορὰν πόρρω κειμένην ἀπίωμεν τὰ πρὸς χρεῖαν ὠνούμενοι,  
 παρέξομεν ὑπὸ τῆς τῶν τειχῶν ἐρημίας τὴν πόλιν αὐτοῖς,  
 μηδένα πόνον μηδαμῶς προὔπενεγκοῦσι." καλῶς οὖν διὰ πάν- 10  
 των, καὶ ὡς παρεῖχεν ἡ δύναμις, παρεσκευασμένων ἀπάντων  
 πάντα παθεῖν ὑπὲρ τῆς πατρίδος, προθυμίαν ἐνεδειξάμεθα  
 τὴν αὐτήν, καὶ τὴν ἐλπίδα πᾶσαν ἐπὶ θεῷ καὶ τῷ μυροβλύτῃ  
 μάρτυρι σαλεύοντες ἡμεν, καὶ περιεσχοποῦμεν νύκτωρ καὶ μεθ'  
 ἡμέραν τὴν ἔφοδον τῶν βαρβάρων, καθ' ἐκάστην κατὰ τὰς 15  
 ἀγγελίας αὐτοὺς ἐκδεχόμενοι.

ς'. Ἡμέραι παρηλθον αὐθις ὀλίγαι, καὶ τρίτος ἄγγελος  
 ἦδη πρὸς τὴν πόλιν ἀφῆκτο, τὴν εἰς τὰ Λαγκαδᾶ τοῦ Μω-  
 ράτου δηλῶν ἀφίξιν, καὶ ὡς οὐχ ἱκανὸν τὸ πεδίον εἰς πολὺν  
 μῆκος ἐκτεταμένον ἐκεῖνο πρὸς τοσαύτην πληθὺν στρατευμά- 20  
 των. διήγγελε δὲ καὶ τὴν παρασκευὴν ὑπὲρ λόγον οὕσαν καὶ  
 μὴ ῥαδίαν ῥηθῆναι. πάλιν οὖν ἡμεῖς ἐν σπουδῇ, καὶ πάλιν  
 ἐν ἐπιμελείᾳ μεγάλῃ. παρῆν δὲ ἡ κυρία τῶν ἡμερῶν, καὶ

19. οὐχὶ γὰρ τὸ Α

necessarium duxere omnes ad pugnandum promptos esse. rerumque  
 venalium forum alio asportare pro accuratiori civitatis custodia deli-  
 berarunt; licet id ad finem perduci non potuerit, cum ex improvise  
 hostes, et nostra exspectatione citius, irrupissent. etenim, dicebant,  
 si adversarii urbem copiis cinxerint et pugnis raro intermittentibus  
 indulserint, nos vero ad forum longe dissitum necessaria coempturi  
 abierimus, desertis muris et custodibus vacuis, nullo praevio labore  
 illis civitatem trademus. recte itaque omnibus, et ut vires concede-  
 bant, dispositis, omnes unis animis, omnia pro patria pati parati,  
 spem universam in deo et martyre myroblyta collocavimus, et die no-  
 ctuque barbarorum irruptionem circumspiciebamus, quotidieque, ut  
 nunciatum fuerat, exspectabamus.

6. Paucis diebus praetergressis tertius nuncius in civitatem ad-  
 volat, Muratae adventum in Langada indicans, nec satis esse campum  
 illum longe lateque diffusum copiarum multitudini; apparatus quo-  
 que praenarrabat esse super omnem exspectationem nec posse verbis  
 exprimi. rursus nos sollicite agere, diligenterque quae opus erant  
 curare. illuxerat dierum domina; et nocte media terraemotus ingens



περὶ μέσας νύκτας σεισμὸς [καὶ] τῇ πόλει γίνεται μέγας καὶ φόβον ταῖς ἀπάντων ἐνήκε ψυχαῖς, τεκμήριόν τε τοῦτο οὐκ ἀγαθῶν ἡγήσαντο πάντες πραγμάτων· οὕτω γὰρ οἱ πρὸ μακροῦ τὴν πόλιν ἐκεῖνοι συνέσειον σεισμοὶ παρεσκευάσαν τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τοιαύτην ἔδωκαν ὑπόληψιν ἔχειν, ἀνωμαλίας πραγμάτων κάκεῖνοι προηγγελκότες καὶ δεινῶν ἐσμὸν ἐπαγαγόντες τῇ πόλει. καὶ τοῦτο μὲν νυκτός· ἀρξάμενης δὲ τῆς ἑως, καὶ τοῦ ἡλίου καθαρώς οὐρανῷ τῇ γῆ τὰς ἀκτῖνας ἐπαφιέντος, τῆς στρατιᾶς τι μέρος ὁραῖται τῇ πόλει προσβάλλον, μῆτε σημαίαν ὡς ἔθος ἡορμένην ἔχοντες μῆτε βαδίζοντες ἰλαδόν. ὁ δὲ τρόπος· ἔδοξε τῷ Μουράτῃ φίλιας τισὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἡμᾶς τῇ πόλει ῥήμασιν ὑπελθεῖν πρότερον, ὥστε μὴ τι τῶν ἐν ὑστέροις συμβεβηκότων γενέσθαι καὶ [κακ]τὴν πόλιν ἀλῶναι· ὑπέστρεφον γὰρ ἐλπίδες τοῖς αὐτῶν λόγοις ταύτην εὐθὺς ὑποκλῖναι καὶ μὴ ἂν ἐλέσθαι κρατηθῆναι διὰ πολέμου. τοῦτο δ' ἐποίησε δυοῖν ἕνεκα, τοῦ τε μὴ πόλεμον ὑποστῆναι τὸν μυριάνθρωπον ἐκεῖνον στρατόν, εἴτ' ἀποτυχόντα μεγάλην αἰσχύνην ὀφλῆσαι, καὶ τοῦ πεισθῆναι τοῖς λόγοις τῶν ἐπειγόντων αὐτὸν ἐπὶ τὴν πόλιν ἀφῆχθαι· καὶ γὰρ ἦσαν οἱ τοῦτον ἀεὶ συνωθοῦντες καὶ πειθόντες, ὡς εἰ μόνον ὀφθείη, ταύτην ἐτοίμως ἄνευ πολέμου καὶ πόνων λαβεῖν. πέπομφε τοίνυν ἄνδρας Χριστιανούς οὐκ ἀγνωστίας πόλεων ἐξ ἐτέρων, ἡμῖν τὰ σωτήρια συμβουλευσοντας καὶ κατὰ τῶν Λατίνων

9. προσβάλλον A

11. φίλοις?

14. αὐτοῦ?

urbem concutit, metumque omnium animis iniicit, qui infelicia illum atque incommoda portendere existimarunt. ita enim, qui a multo tempore civitatem concutiebant terraemotus, homines affecerunt et talem opinionem ingenerarunt, cum illi rerum immutationes denunciarint et dirorum montes urbi intulerint. et hoc quidem noctu. primo mane, cum nondum sol terram radiis collustraret, pars exercitus in civitatem contendit, neque vexillum, ut moris est, erectum deferens neque turmatim procedens. nec alio scopo: visum fuerat Muratae amicabilem verbis incolas antea pertentare, ut quae postea subsequuta sunt, urbisque excidium, evitarentur: in spem enim venerat suis ipsius dictis eam aures illico daturam et bello capi opprimique declinatorum. idque duas ob causas praestitit, tum ne innumeras illas hominum copias bello subiiceret, et postmodum votis frustratus ignominiam sibi, eamque summam, compararet; tum sermonibus cogentium ut in urbem veniret persuasus: non deerant enim qui eum compellabant, asseverabantque tantummodo conspectum, prompte et nullo praevio bello ac labore, in dicionem suam eam redacturum. misit itaque viros Christianos, haud ignotos, ex aliis urbibus, nobis salu-

διεγεροῦντας ὡς οἷόν τε· οἱ καὶ παραγενόμενοι, καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν τειχῶν πεμπομένοις βέλεσι μὴ τρωθῆναι τὰ σώματα δεδιότες, ὀπιοθόρητοι γίνονται, μηδὲν ἢ ὀλίγα πρὸς ἕν μέρος δηλώσαντες, ᾧ π . . . . . δεδύνηται. ἐφ' ᾧ καὶ μεμπταῖοι . . . . . ἔδοξάν τισιν ὑποστρέψαν-5  
τες· δέον γὰρ πολλάκις καὶ κατὰ πολλὰ τῶν τειχῶν μέρος περιμέναι, καὶ τὰ ὑπεσχημένα τῷ Μουράτῃ φανερὰ καταστήσαι, λόγοις τε χρήσασθαι συμβουλίας, ὡς ἂν προθύμους παρ-  
ρασκευάσωσι πρὸς τὸ κοινῇ συνελθόντας σκέψασθαι τὸ συνοῖ-  
σον, οὐ καλῶς πρὸς ἡμᾶς διετέθησαν, εἶπον, ἡμεληκότες τοῦ 10  
ἐπιτάγματος. πλὴν ἀλλ' οὕτω μὲν οὗτοι πράξαντες ὠφθη-  
σαν, εἴτ' ἐθελονταὶ εἶτε καὶ ἄγοντες.

ζ'. Ὁ δὲ Μουράτης ἀνηνύτοις ἰδὼν ἐπιχειρεῖν ἐν τούτῳ τῷ μέρει (οὐ γὰρ οἷς ἔξωθεν μόνον ἐκήρυττον ἐπειθοντό τι-  
νες, ἀλλὰ καὶ πλύνειν τοῦτον ὑβρεσιν ὑπ' ἀβελτηρίας καὶ 15  
ἀλόγου θρασύτητος οὐκ ἀπώκνον) τοῦ θυμοῦ τε γέγονεν ὄλος,  
καὶ τὸν στρατὸν προσέταξε μεταστῆναι καὶ περὶ τὴν πόλιν  
στρατοπεδεύσασθαι. οἱ δὲ προσεχώρουν, ἅτε . . . . . μελισ-  
332 σῶν σμήνη, τοῦ ἡμετέρου λίαν διψῶντες αἵματος καὶ πάντας  
ἄρδην καταπιεῖν γλιχόμενοι. τῇ πόλει δὲ προσεγγίσαντες, καὶ 20  
τάς σκηνὰς ὡσπερ ἔθος πηξάμενοι, δίκην φρουρίου πᾶσαν πε-

4. π] προσπελάσαι? 5. . . . .] γενέσθαι? 7. κατα-  
στῆναι A 18. . . . .] μυρία?

taria consulturos, concitatosque pro viribus adversus Latinos. qui licet advenissent, timentes ne a sagittis e muris depromptis laederentur, retro cesserunt, cum nihil aut parum, pro quo accesserant, indicassent. proptereaque hoc suo reditu apud nonnullos ignominia notati sunt. namque cum opus esset saepius et multas murorum partes circumire, et quae promittebantur a Murate palam edicere, sermonibusque uti consultationis ad eos disponendum ut alacriter in unum convenientes publicam utilitatem dignoscerent, ipsi non bene erga nos affecti mandata neglexerunt. verum hi, quo diximus modo, sive sponte sua sive vi coacti, rem ita peregerunt.

7. Murates cum vidisset se hac ratione operam et oleum perdere (neque enim iis quae deforis ille enunciabat suaderi nonnulli, quin immo eum iniuriis et opprobriis dementer iactanterque continuo onerare), intemperis insanisque agitated loco moveri exercitum mandat. illi secedunt aequae ac apum examina, nostri sanguinis avides sitientes omnesque penitus uno haustu deglutire desiderantes. ubi urbi proximi facti sunt, tentoriis pro more fixis instar propugnaculi eam ita circumvallant ut nullus hominibus esset vacuus locus. tum duces singulos in praescripta urbis parte destinans, ipse sua tentoria arcu

ριέλαβον ταύτην, ὡς μηδαμοῦ σχεδὸν κενὸν ἀνθρώπων φαί-  
 νεσθαι τόπον. εἶτα τοὺς στρατηγοὺς ἕκαστον ἐν ὄρισμένῳ  
 τῆς πόλεως μέρει πρὸς τὸ πολεμεῖν ἀποτάξας, αὐτὸς τὰς ἰδίας  
 σκηρὰς ἀντικρὺ τῆς ἀκροπόλεως πῆγνυσιν, ὡς ἂν πάντας ἐκ  
 5 μετεώρου καλῶς ὄραϊν ἔχοι καὶ πᾶσαν τὴν πόλιν ἐντός. ἡμεῖς  
 δὲ ταῦθ' ἑωρακότες καὶ τῆς ἡμῶν σωτηρίας ὑπεραγωνίσασθαι  
 προθυμούμενοι (καὶ γὰρ οὐδὲ ἦν ἄλλως εἰκὸς) μεθ' ὧν εἶχο-  
 μεν ὄπλων ἐπὶ τὸ τεῖχος ἐθέομεν ἕκαστος, ἄλλος ἄλλον πω-  
 ρελεθεῖν τῇ τάξει φιλονεικοῦντες καὶ οἷον ἀνδριζόμενοι . . . . .  
 10 τῶν ἐκτός, ἀγνοοῦντες ὅπῃ τὰ τῆς σπουδῆς ἐκείνης χωρήσει.  
 ὡς δ' ἀνέβημεν διημερεῦειν ἐκεῖσε καὶ διανυκτερεῦειν συνθέ-  
 μενοι, καὶ διέκριναν ἡμᾶς οἱ κρατοῦντες τῆς πόλεως, Λατί-  
 νους καὶ Ῥωμαίους, καὶ τοὺς τὴν ληστείαν μετερχομένους ἀνα-  
 μιῆς στήσαντες (οὐ γὰρ πιστεύειν ἡμῖν καθαρῶς εἶχον), καὶ  
 15 θάνατον τοῖς φρονήσουσι προδοσίαν ἠπειλήσαν, τοὺς Τζετα-  
 ρίους, ὡς ἡ κοινὴ φωνὴ τούτους ἐκάλει (ληστών δ' ἦσαν οὗ-  
 τοι σύνταγμα ἐκ διαφόρων τόπων συναθροισθέντες) φύλακας 333  
 εἰς τοῦτ' ἐπιστήσαντες.

ἡ. Ὡς οὖν τοῦ πολεμεῖν γεγενήμεθα πάντες καὶ κατὰ  
 20 τῶν ἐπιόντων ἀνδριζέσθαι, ἄλλο τι πάλιν παρὰ τὴν ἡμετέραν  
 ἐφάνη πράξας ὑπόνοιαν ὁ Μουράτης. πάντες γὰρ ἡμεῖς ὑπε-  
 νοοῦμεν, τοσοῦτον στρατὸν βαρὺν θεασάμενοι καὶ τοσαύτας  
 τὰς ἐλεπόλεις, ἅς τὸ τῶν καμήλων πλῆθος καὶ τῶν ἀμαξῶν  
 ἐπεκόμιζον καθ' ἑκάστην, ὡς οὐκ ἂν φθάσειε καὶ μανικῶς

9. . . .] κατὰ?

adversa ponit, ut omnes tanquam e loco sublimiore, et interiores par-  
 tes urbis, circumspiceret. nos haec intuiti, pro salute nostra tutanda  
 alacriores facti (neque enim fieri poterat aliter), armis utcumque sup-  
 petentibus ad murum accurrere, alius alium celeritate praetergredi,  
 adversus externas copias ignaris quem tandem finem habitura essent  
 tantae sollicitudinis studia, animos addere. ut ascendimus, diu noctu-  
 que ibi nobis immorandum esse constituentes, qui urbi moderaban-  
 tur, Graecos atque Latinos ita distinxerunt ut medium unum ex iis  
 qui praedas convectant interponerent; Tzetarios vulgus vocat, et sunt  
 praedonum agmen ex variis regionibus coalitum; et his custodiam  
 demandarunt, plane nobis non fidentes; mortem etiam proditorem  
 meditaturis minati sunt.

8. Omnibus ergo ad pugnandum adversus irruentes animo virili  
 praesentique paratis, aliud praeter nostram exspectationem Murates  
 exsequitur. nos enim omnes suspicabamur, tantam copiarum molem  
 et machinarum, quas multitudo camelorum et currum quotidie adve-

αὐτίκα κατὰ τοῦ τείχους ὀρμήσει, παίειν μὲν αὐτὸ προστά-  
 ξας τῇ χειροποιήτῳ τοῦ λίθου βροντῇ, τοὺς δ' ἄνωθεν κω-  
 λύειν τῆς ἐπὶ τῶν τειχῶν στάσεως διὰ τῶν ἀφιεμένων βελῶν,  
 καὶ παντὶ μηχανήματι πρὸς τὸ κρατῆσαι κεχρηθῆσθαι τῆς πό-  
 λεως. ὁ δὲ τούτων μὲν ἔδειξεν οὐδέν, μικρὸν δ' ἠσυχάσας 5  
 καὶ τὴν πόλιν κύκλῳ περιβλεψάμενος κήρυκας καὶ αὐθις ἔξέ-  
 πεμψεν, ἐλευθερίαν ἡμῶν ὑπισχνούμενος καὶ φιλοτιμίας ἐτέ-  
 ρας, τοῖς παρ' αὐτοῖς ταυτὶ πιστούμενος ὄρκους, εἰ τὴν πόλιν  
 προοίμεθα τοῖς τούτου λόγοις πεισθέντες, καὶ τάναντία πάλιν  
 αὐτῶν προσεΐθει, καὶ χαλεπώτερα τούτων, εἰ μὴ καταπειθεῖς 10  
 ἐν τούτῳ γεν . . . . .

Ἄλλ' ἐνταῦθα μικρὸν ἐρήσομαι τοὺς κατηγοροῦντας τοῦ  
 δεῖνος καὶ τῆς δεῖνος. ποῦ ποθ' ὑμεῖς ἦτε ὅθ' ὁ Μουράτης  
 334 τὰ τοιαῦτα ὑπέσχετο; οὐκ ἐν τῇ πόλει, καὶ αὐτήκοοι τῶν κη-  
 ρυττομένων; πῶς ἂ διενοεῖσθε, οὐκ εἰς πέρας ἠγάγετε; πῶς 15  
 οὐν οὐκ ἐχρήσασθε τῷ λογισμῷ; πῶς ἂ τῶν ἄλλων κατηγο-  
 ρεῖτε μὴ πεπραχότων, ὑμεῖς οὐκ ἐπράξατε καιροῦ καλοῦντος  
 καὶ τῶν ἀπειρογόντων οὐκ ὄντων; τότε γὰρ ποιμὴν οὐκ ἦν  
 (μῆνας γὰρ εἶχεν ἔξ γενόμενος ἔξ ἀνθρώπων) οὐδὲ ἀραί, οὐδ'  
 ὅσ' ἔτερό' ἀπαριθμεῖτε. τί λοιπὸν τὸ κωλύσαν ὑμᾶς ἦν; ἢ 20  
 τίνος ἔργον ὅσα συμβέβηκεν; οὐδενός, πᾶς τις ἂν εἴποι λογι-  
 ζόμενος εὐσεβῶς, ἢ τῆς ἡμῶν ἁμαρτίας ἐκάστου τὸν ἀόργη-

11. γενοίμεθα?

12. τοὺς om A

22. ἐκάστους A

hebat, conspicati, primo sui appulsu furenter iratum muros appetitum, eosque lapidum manufacto tonitru diverberaturum, nec non et supra muros stantes sagittis impulsis dimoturum, machinasque omnes ad urbem excidendam usurpaturum. verum hic nil tale conatus est, sed parum percunctatus praecones rursus decernit, qui nobis libertatem paciscerentur aliosque honores iureiurando, ut apud ipsos fieri amat, pollicerentur, si sermonibus illius suasi urbem dederemus: his contraria subdebat, multaque peiora, si votis suis non obsecundaremus.

